



10070

Solothurn

TRACTATIONIS SYNOPTICÆ ^{B.}
PROCESSUS ^{1708, 9}
JURIS COMMUNIS

ET INPRIMIS
SAXONICI ELECTORALIS

DISPUTATIO NONA,

QVAM
INDULTU

D
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
IN

ACADEMIA LIPSIENSI
SUB PRÆSIDIO

DN. D. LÜDERI MENCKENII,
PROF. INSTITUT. PUBL. SUPREMÆ CURIÆ PRO-
VINC. ET FACULT. JURID. LIPS. ASSESSORIS,
NEC NON CANONICI NUMBURGENSIS,

PATRONI ATQVE PRÆCEPTORIS SUI SUBMISSO HONO-
RIS CULTU ÆTATEM DEVENERANDI,

IN AUDITORIO JCTORUM
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SUBMITTET

JOHANNES LUDOVICUS NICOLAI,

Dresd.

AD D. III. APRIL. A. M DCC VIII.

LIPSIÆ.

Typis IMMANUELIS TITIL

R. A. Gyllen...



In
r
r

a
n
b

S

P

C

z
h

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

D





B. C. D.
ORDINAT. PROC. SAX.
ELECT.

TIT. XVIII.

E JURAMENTIS, EORUM DELA-
TIONE, RELATIONE ET PRÆSTATIONE, NEC
NON JURE JURANDO CALUMNIÆ.

Von Eyden / derselben Delation, Rela-
tion und Leistung / auch von dem Eyde
vor Gesehrde.

I.



DE Litis Contestatione & Reassumptione
 actum; agendum de Probatione, cujus ef-
 fectum præstat Jusjurandum: perinde enim
 habendum id, quod juratum, ac si probatum
 esset. *l. 11. §. f. ff. d. jurej. l. 25. §. 3. ff. d. probat.*

Describitur autem Juramentum, quod sit in-
 vocatio Nominis Divini, ut Deus nostri asserti sit testis & per-
 fidia Vindex. Deut. c. 10. v. 20. atque hoc dividitur in Promis-
 sorium, Assertorium & Mixtum. *Promissorium* est, quo futuri
 quid promittitur, hoc vel *Promissorium in specie* tale, quo ali-
 quid obligationis inducendæ gratia promittitur, quod, Jure
 Civili, instar pacti nudi, actionem non producit. *a. l. 35. §. 1. ff.*
d. jurej. l. 95. §. 4. ff. d. solut. ERANZK, ad r. t. d. jurej. n. 50. seq.

Jusjurandum descri-
bitur.

dividitur in Promis-

Assert & Mixtum.

Juram Promissorium
est vel in specie tale,

pariens J. Can. implor.
off. Jud. ad ebit. perjuri-
rium.

hodie condit. ex mori-
ribus.

vel Confirmatorium.

hoc J. Civ. non confir-
mat actum prohibitum.

J. Can. tamen servan-
dum est & impedit ab-
solut. petitionem.

sed actum nullum non
confirmat nec efficit, ut
ad haered. obl. transeat.

Juram. Assertor.

respicit rerum contro-
vers. vel aestimat. ut (1)
in Litem.

(2) Minorat.

(3) Expens.

CUJAC. in C. t. d. reb. cred. & jurej. Jure Canonico implorati-
onem officii Judicis, ad evitacionem perjurii. c. 9. X. d. jurej.
c. f. d. for. comp. in 6. FACHIN. Controv. l. 3. c. 12. §. hęc sententia.
hodiè, tanquam pactum enixam voluntatem se obligandi
continens, conditionem ex moribus parit. HUBER. in Praelect.
ad t. t. d. jurej. pos. 5. in f. JOH. VOET. Comment. ad π. d. t. §. 5.
vel Confirmatorium, quod actum separatim praesupponit, ejus-
que confirmandi ergo adhibetur. l. 41. C. d. transact. l. 1. C. fi
advers. vend. c. 28. X. d. jurej. c. 2. d. pact. in 6. Hoc Jusjuran-
dum Jure Civili actum jure prohibitum non corroborat. l. 7.
§. 16. ff. d. pact. l. 5. C. de legib. l. 56. ff. d. fidejuss. Jure Canonico
tamen servandum est, nec ab eodem peti potest absolutio. d.
c. 28. c. 2. quatenus est actus ille declaratus in favorem debito-
ris nullus. dd. cc. interim Obligationem non confirmat, adeo-
que ea ad haeredes non transit, illosve obstringit. a. c. 1. X. d.
nov. op. nunc. a. l. 7. §. 7. ff. d. pact. Conf. JASON. ad Aub. Sa-
cramenta Puberum. C. si advers. vend. n. 38. GUELIN. de Jur.
Nov. l. 3. c. 14. verb. altera. ALCIAT. ad c. cum contingat. 28. X.
d. jurejur. n. 1. 7. seq. Diss. P. LUD. ENGEL. Coll. Univ. Jur. Can.
Part. 3. l. 5. t. 35. n. 13. GONZAL. TELLEZ. ad c. 28. X. d. jurej. n. 11.
itaque, cum renunciatio inutilis à muliere esset facta Scti
Vellejani, at eidem accessisset juramentum, haeredes ejusdem
uti illa exceptione non prohiberi pron. Fac. Jur. Lips. Mens.
April. A. 1700. pariter, ubi foemina absque Curatore heredita-
ti renunciaverat, ipsam devinciri & frustra absolutionem à
vinculo juramenti petere resp. F. J. L. Mens. April. A. 705.

II. Juramentum Assertorium est, quo quis aliquid esse
vel non esse asseverat, idque pertinet ad rerum controversa-
rum vel aestimationem, vel decisionem. Ad aestimationem Ju-
ramentum (1) in Litem. l. 1. l. 8. ff. d. in Lit. jur. quod explica-
tum in Tract. Syn. ad π. t. d. in lit. jur. p. 189. & tangetur ad O. P.
S. T. 31. (2) Minorationis, der Minderungs Eyd / de quo age-
tur O. P. S. T. 31. & (3) Expensarum, ubi pars litigans certam expen-

penſarum quantitatem, & non minorem, ſe in litem impendiſſe aſſeverat. *l. 15. C. d. judic. N. 82 c. 10. Ord. Cam. P. 1. t. 66. P. 1. C. El. 31.* Hoc Juſjurandum, prævia Judicis taxatione, præſtitum efficit, ut in minorem quantitatem Judex partem condemnare nequeat. *N. 82. c. 10. NICOL. ad Proc. P. 2. c. 17. n. 23. &* cum non ſunt omninò modicæ expenſæ, regulariter in Camera præſtari ſolet. *BLUM. Proc. Cam. t. 75. §. 45. UMM. ad Proc. Diſp. 22. n. 39. RULAND. de Commiſſ. Part. 4. lib. 3. c. 17. n. 5* quia verò judiciales & extrajudiciales expenſæ absque hoc Juramento, officio judicis, moderari queunt juxta *O. P. S. t. 36. §. Wenn es dann. j. P. 1. C. El. 31.* infrequentius, quàm olim, hoc Juſjurandum in Sax. El. uſurpatur. *CARPZ. P. 1. C. El. 31. d. 1. 3. NICOL. ad Proc. P. 2. c. 17. n. 23. inf.* Litis Decisionem reſpicit Juſjurandum vel indirectè vel directè. Indirectè (1) *Juramentum dandorum & reſpondendorum*, illud præſtat, qui exhibet poſitiones, dici ſolet Ponent, hoc qui ad Poſitiones reſpondet, & appellatur Ponat, ille Poſitiones ſuas (hic reſponſiones) ratione factorum propriorum, iis comprehenſorum, veras ratione alienorum probabiles (per verbum credo) eſſe, (ſe facere velle) jurat, ipſe aut per Procuratorem ſpeciali mandato inſtructum. *Ord. Cam. P. 1. t. 69. 70. 71. 72. 73. R. J. d. A. 1654. §. 41. j. c. un. X. d. lit. cont. c. 2. d. confeſſ. in 6. clem. ſepè. d. V. S. exempl. vid. in DA. STRYCK. Supplem. Introd. ad Proc. ad c. 17. §. 12 p. m. 136.* Negata autem, in Reſponſione ad poſitiones in ſpecie ſic dictas, actoris actor, ad Poſitiones deſenſionales rei Reus probare ſatagit. *a. Clem. 2. d. V. S. R. I. d. A. 1654. §. 49. 50. GAIL. l. 1. Obſ. 79. n. 2.* fruſtranea igitur erat Actoris petitio, qui cum præſtituſſet juramentum dandorum, reum, poſt negati-
vam ipſius reſponſionem, condemnari poſtulabat, neque enim juramentum dandorum probationis vice eſt; hinc actori injuncta negatorum probatio in cauſa à Senat. Brunſv. tranſmiſſa ad *Fac. Jur. Lipſ. Menſ. Jan. A. 703.* In foro Saxon. iſtæ Poſitiones non ſunt in uſu, *SCHILT. ad l. t. d. offic. jud. n. 37.* ve-

ejus utilitas J. Cibil.

Cameral.

Jur. Sax. El. infrequens eſt.

ſel Decisionem, aut Indirectè

(1) Juram. dand. & reſpond.

in reſponſione ad poſit. ab adverſario negata probanda veniunt.



*Verum consummatis
probatibus frustra
positiones exhibentur,
& ad easdem responsio-
nes postulantur.*

- (2) *Jur. Malitiæ.*
(3) *Jur. Testium.*
(4) *Jur. Perhorrescentiæ.*

*causam ad Superiorem
Judicem ex prob. causa
de solis. Usitat. in Cam.
Imp.*

Saxonia El.

*& nonnullis Germ.
territis.*

- (5) *Jur. Diffessionis.*
(6) *Jur. Appellationis.*
in Cam. Imp. receptum.

rùm in Camera Imp. multisque Germania locis. UMM. *ad Proc. Disp. 13. n. 1. Dn. KOCH. in Prax. Fori German. P. 4. c. 16. j. dicta ad Pand. t. d. interr. in jur. fac. p. 158.* Quodsi verò Probationes & Reprobationes sunt consummata, atque in causa conclusum est, frustra ad Positiones & juramentum dandorum ac respondendorum provocatur. *a. R. J. d. A. 1654. §. 49.* atque sic pron. *Fac. Jur. Lips. Mens. Jul. A. 702. Conf. Dn. STRYCK. Us. Mod. π. t. d. interr. in jur. fac. §. 44.* multò minus post definitivam tales Positiones sunt admittæ in *d. Fac. Mens. Febr. A. 704.* (2) *Juramentum Malitiæ*, de quo dicitur infra *O. P. S. t. 33.* (3) *Juramentum Testium*, quo testes se ad ea, de quibus interrogabuntur, veritatem vel notitiam suam fideliter exposituros esse promittunt. *l. 9. C. d. testib. c. 51. X. cod. O. C. P. 1. t. 77. SETSER. d. Juram. l. 3. c. 9.* (4) *Juramentum Perhorrescentiæ*, quo quis jurat, se valde timere, ne ab inferiore Judice impetret justitiæ administrationem. *Cap. 11. §. cum verò d. Rescript. in 6.* Eo ex probabili causa praestito demum causam ad Superiorem Judicem avocari deductum *Disp. III. Proc. ad O. P. S. T. 1. §. 23.* atque illud Juramentum in Camera Imperiali. *BLUM. Proc. Cam. t. 37. §. 19. ROSENTHAL. d. feud. c. 12. concl. 4. n. 63. MYNS. cent. 3. Obs. 58. LAUTERB. de Juram. perhorr. th. 11. & in Saxonia suo non destituitur usu. Dn. SWEND. ad Proc. Fib. c. 2. n. 178. p. 317. seq. Dn. BERG. ad O. P. S. t. 11. Obs. 1. not. 3. p. 354. seq. Dn. RIV. ad O. P. S. t. 1. en. 3. ceu Resp. Fac. Jur. Lips. Mens. Jan. A. 700, aliisque nonnullis Germaniæ territoris. MEY. P. 6. dec. 71. Dn. STRYCK. Introd. ad Prax. c. 9. §. 15. seq.* (5) *Juramentum Diffessionis*, quo quis in propria persona documenti adversus se producti notitiam negat. *O. P. S. t. 25. §. Weil es auch. j. Dec. El. 74. FINCKELTH. Obs. 100. n. 27. MEY. P. 6. Dec. 20. n. f.* (6) *Juramentum Appellationis*, quo aſſeverant Appellantes, se fiducia bonitatis causæ suæ appellasse. *R. J. d. A. 1654. §. 118.* idemque Appellatus, si appellationi adharere ac nova deducere velit, perſolvere cogitur. *d. R. J. §. 73. BLUM. Proc.*

Proc. Cam. t. 48. §. 42. 58. vid. Formula Concept. Cam. P. 3. t. 38. inf. In Saxonia hac species Juramenti Calumniæ generalis exulat. *R. I. d. A. 1674. §. 112. j. a. O. P. S. t. 33. Dec. El. 70.* (7) Juramentum Purgationis, quod expendere licebit *O. P. S. t. 32.*

non in Sax. El.

(7) Jur. Purgationis.

III. Directe ad rerum Controversarum Decisionem facit Juramentum Litis Decisorium. *l. 1. ff. d. jurejur.* atque hoc defertur vel à Judice: ut Suppletorium, cujus tractationem suscipiemus *O. P. S. t. 30.* vel à Parte, idque contingit aut extra Judicium, aut in Judicio. Extra Judicium per *Juramentum Voluntarium*, quod Pars Parti per conventionem extra Judicium, litis decidendæ gratia, defert. *l. 17. ff. d. Jurej.* unde descendit Actio & exceptio in factum. *l. 9. pr. §. 1. ff. d. jurej. §. 11. J. d. act. de quo actum est ad x. t. d. Jurejur. p. 180. seq.* Sicuti vero in Jure, i. e. apud Prætores, tanquam Magistratum majorem, antequam datus esset Judex pedaneus, delatum & præstitum, lite nondum contestata, illius naturam imitatur. *a. l. 26. §. f. ff. de jurej. l. 28. §. f. l. 1. ff. eod.* quod Prætorium appellat

Directe ad Litis Decisionem tendit, deferente Judice.

Jur. Suppletor. defer. Parte extra Judic.

Jur. Voluntar.

cui simile Juram. Prætorium.

usus hod. Jur. Vol.

in causis Matrim. pro Matrim.

aliis.

FRANZK. *x. b. t. n. 82.* ita hodiè non rarè, sublato Judicium pedaneorum usu, ex libera omninò voluntate à partibus adhibitum & acceptatum Juramentum, durante lite, illius indolem imitari constat. Ex quo fit, ut in Actione de promisso matrimonio reæ liceat actori, à quo ad consummationem matrimonii convenitur, deferre Juramentum super sponsalicio consensu præstito, atque hoc persoluto actor eam habet ad consummandum matrimonium obligatam, virtute declarati consensu. CARPZ. *Proc. t. 11. art. 1. n. 70. seqq.* SCHILT. *ad π. Ex. 23. §. 14. GAIL. l. 2. Obs. 94. n. 14.* Pariter, cum reus liquidationem Actoris se pro liquida agniturum esse, si eam Jurejurando corroboraret, in judicio indicasset, actorque conditionem jurandi sponte sua acceptasset, juxta naturam hujus Juramenti, prætermissa est jurisjurandi calumniæ impositio. *a. l. 17. ff. d. jurej. j. Ls. C. d. O. & A. N. 18. c. 5. BORCH. d. Jurej. c. 2. num. 8. JOACH. à BEUST. rubr. d. jurej. n. 75. Diff. FRANZK. ad π. t. d. jurej. n.*

*rej. n. 99. ita pron. Fac. Jur. Lipsf. Mens. Maj. A. 700. Die weil
 Si. den ihm anerbottenen Eynd acceptiret/ so ist d. s. f. f. Principal
 denselben abjulegen ic. schuldig. it. Mens. Maj. A. 701. & relatio.
 a. l. 17. ff. d. jurej. l. 17. §. 3. ff. Commod. BERL. P. I. Concl. 32. n. 44.
 ZANG. d. Except. Part. 3. c. 16. n. 18. MÜLLER. ad STROV. S. J. C.
 Ex. 17. th. 29. lit. γ. adeoque etiam hujus in memoratis Fac.*

*Jur. judicatis non est habita ratio. Vicissim cum tutor obla-
 tam ita jurandi conditionem ab adversario, citra probabilem
 necessitatem, admisisset, factum illius improbavit Fac. Jur.
 Lipsf. Mens. Mart. A. 705. 2. l. 35. ff. d. Jurej. l. 46. §. f. ff. d. ad-
 min. tut. UMM. ad Proc. Disp. 14. n. 10. JOH. VÖET. Comment. ad*

*In Judicio deferri. Ju-
 ram. Judiciale.*

*Mixtum est Juram. Ca-
 lumn. Gener.*

*Regula O. P. S. Altori
 deferre licet juram reo,
 etiam si nihil probave-
 rit.*

Convenit Juri Cibili.

IV. Judiciale Juramentum perpenfuri, ejusdem Delatio-
 nem primo loco spectamus, quæ sit vel ab Actore vel Reo. Ubi
 O. P. S. T. XVIII. §. so der Kläger. I. constituitur Regula, quod A-
 ctor super Actione deferre queat Juramentum Reo, etiam si nullam
 demonstrationem aut probationem pro se militantem habeat. d. S.
 qua conspirat cum Jure Civili, siquidem, licet omnes deficient
 probationes, juramenti delatio locum habet. a. l. 35. ff. d. ju-
 rej. l. 22. §. 10. C. d. jur. delib. l. 25. §. 3. ff. d. probat. & manifeste
 turpitudinis est jurare nolle. l. 38. ff. d. jurej. testimoniumque
 in propria causa quasi respuere. a. l. f. C. d. fideic. ed. qui jura-
 mentum detulit, per jusjurandum calumniae malitia suspicio-
 nem à se removente. a. l. 34. §. 4 ff. d. jurej. GILKEN. ad l. 3. C. d.
 reb.

reb. cred. n. 7. VINN. S. 2. L. i. c. 42. CARPZ. P. 1. C. El. 12. d. 2. FA-
 CHIN. contr. l. 1. c. 19. Diff. ANT. FAB. in C. l. 4. t. 1. d. 23. n. 2. ME-
 NOCH. lib. 1. prof. 81. n. 2. imò Actor quoque, qui intentionem
 suam instrumentis docere potest, juramenti delatione uti haud
 prohibetur. a. l. 25. §. 2. ff. d. probat. l. 12. C. d. R. C. l. 11. §. f. ff. d. ju-
 rej. l. 29. C. d. Pact. ea tamen non semper consulta est, ob peri-
 culum Perjurii metuendumque hinc actoris detrimentum.
 Dn. Riv. ad O. P. S. b. t. en. 22. Interim Juramenti delatio ab Acto-
 re vi Constitutionis El. 11. P. 1. fieri debet, ante quam praestita sit
 Guaranda & Litis contestatio pure facta, horum autem alteru-
 trum si fuerit subsecutum, non admittenda est juramenti delatio,
 quamvis (1) actor eandem protestando sibi reservaverit. O. P. S. b. t.
 §. so der Kläger. Inam protestatio interposita de eo, quod non
 dependet à voluntate partium, sed ex dispositione juris, prote-
 stantem haud relevat, & nihil operatur. a. l. f. ff. naut. caup.
 slab. l. 48. ff. mand. l. 1. §. 1. ff. d. fer. l. 14. §. 1. ff. d. Uj. & hab. CARPZ.
 P. 1. C. El. u. d. 14. GVID. PAP. q. 172. n. 2. (2) aut causa sit summa-
 ria, lege enim non distinguente nec nobis distingvendum est.
 l. 8. ff. d. publ. in rem act. frustra igitur tentata est juramenti de-
 latio in demonstratione über die Bescheinigungs: Articuli in
 Supremo Appell. jud. Term. Aestivo 1700. Dn. RIVIN. ad O. P.
 S. t. 20. en. 117. Nihilominus (1) super Replica libello non in-
 ferta jurisjurandi delatio facta fertur, etiam post litem conte-
 statam & praestitam gvarandam, quando Actor e.g. exceptio-
 nem à reo oppositam confessus, statim jusjurandum defert:
 nam replicatio, exceptionis species. l. 2. §. 1. ff. d. except. sapè
 praevideri nequit, & favore exceptionum haud indigna cen-
 setur. a. l. f. C. d. edend. BERL. P. 1. Concl. 29. n. 66. Dn. SWEND. ad
 Fib. Proc. p. 1396. Dn. BERG. ad O. P. S. b. t. Obs. 1. Not. 3. conf. Con-
 sult. Sax. P. 1. q. 64. inf. ceu pron. Fac. Jur. Lips. Mens. Febr. A.
 701. it. Mens. Sept. 702. vel articulis elisivis replicam comple-
 xetur, eosque articulis probatoriis immiscet. Ord. Proc.
 Sax. enim à Jure communi recedit, facultatem deferendi ju-
 ramentum restringendo, adeoque strictissimam interpretati-
 onem

Et obtinet, quàmvis A-
 ctor intentionem suam
 documentis probare
 queat.

attamen delatio haec
 juramenti nonnun-
 quam periculosa est.
 ante praest. Guarandam
 & litis Contestationem
 puram.

non alterutra subsecu-
 ta.

etiamsi actor sibi del'
 jur. reservaverit.

(2) causa sit summaria.

nihilominus (1) super
 replica libello non in-
 ferta del. jur. licita est.

sive fiat statim.

sive super articulis
 prob. elisivis.



onem meretur. *a. c. 8. X. d. consuetud.* & juramenti delationem über die Klage. *d. §. I. O. P. S. in den Grund der Klage P. 1. C. El. 11.* saltem ad dictum terminum restringit, proinde admissa hac juramenti delatio in Jud. Appell. Term. hyem. A. 1704. in *Fac. Jur. Lipsf. M. Dec. 706. M. Jul. 707.* & in *Supr. Cur. Prov. Lipsf. Term. Luc. A. 706 Dn. Riv. ad O. P. S. t. 20. en. 117.* &

(2) in negotiis noviter emergentibus illud attenditur.

Dn. BERG. *d. Obsf. 1. n. 3.* (2) Permittenda est juramenti Delatio post litem contestatam & praestitam gvarandam in negotiis noviter emergentibus. *a. c. 3. X. d. Proc. c. 4. X. d. Except. CARPZ. P. 1. C. El. 12. d. 1. inf. MOLLER. ad P. 1. C. El. 11. n. 9. BRUN.*

(3) Si Reus praeveniendo litem pure contestetur in term. actoris delatio juramenti admitrenda est.

Proc. Civ. c. 23. n. 7. (3) Quodsi reus in Termino litis contestationi definito praeveniat Actoris Provocationem litem pure contestando & in eodem postea Actorem, libellum, accedente jurisjurandi delatione, repetentem admittere nolit, intemptivam hanc vigilantiam Actori non nocere. *a. l. 7. §. 3. ff. ad Sct. Maced. j. c. 84. d. R. J. in 6.* nec Judicem à potestate pronunciandi, pro re nata, juxta jurisjurandi indolem arcere judicavit *Fac. Jur. Lipsf. Mens Jun. A. 704.* at ea ferri potest Actoris sollicitudo, qua, nondum decreta vel emissa citatione, contra eandem protestatur, donec Gvaranda sit praestita. *a. Ref. Gr. d. A. 1653. 57. gr. 17. Dn. BERG. ad b. t. Obsf. 1. n. 2. j. Disp. no-*

protestari tamen reo contra citationis emissionem, donec Guaranda sit praestita, licet, post receptionem litem, exsistat, juramenti in noso lib. permittitur.

stram VII. ad O. P. S. T. XII. §. 3. item, refusis adversario expensis, actor liti, antequam sententia, qua injuncta est probatio aut demonstratio, in rem judicatam transferit, renunciare potest, & in novo, quem exhibet, libello, juramenti delatione uti. *a. O. P. S. t. 5. §. f. ceu monitum est Disp. Proc. V ad T. V. O. P. S. §. 13. Conf. Dn. BERG. ad b. t. Obsf. 1. not. 4.* Sed quoniam pura litis contestatio ad excludendam facultatem deferendi jusjurandum exigitur, eventualis litis contestatio haud sufficit. *O. P. S. T. XVIII. §. I. inf. a. l. 213. ff. d. V. s. j. Disp. Proc. VIII. ad O. P. S. T. XVI. §. 6.* Caterum longe aliud cautum est Jure Civili

Jure Civili deferri potest juram. usque ad sent. defin.

observaturque in Germania, ubi Jus Commune viget; quandoquidem illic delatio juramenti fieri potest tam in principio litis;

litis, quam in medio ipsaque sententia definitiva. *leg. 12. C. d. reb. cred. & jurej.* etiamsi probatio injuncta & suscepta fuerit, elapsusque sit terminus probatorius, & nihil vel non satis probatum esse appareat. *a. d. l. 12. j. l. 11. C. eod.* sicuti pron. *Fac. J. L. Mens. Oct. 705*, deficit enim lex prohibitiva & generalitas *d. l. 11. 12.* contrarium tuetur, malaque suspicio à deferente, per Jusjurandum calumnia removetur, reo in sua causa quodammodo teste ac iudice constituto. *l. f. C. d. fideicomm. & regulariter à potestate referendi jusjurandum non excluso. l. 38. ff. d. jurejur. BRUNN. Proc. Civ. c. 23. n. 8. FACHIN. Controv. l. 1. c. 20. PAUL. de CASTRO ad l. 34. §. 6. ff. de jurej. n. 3. JASON. ad l. manifesta. 38. ff. d. jurej. n. 3. conf. JOH. VOET. Comment. ad π. 1. d. Jurejur. §. 12. Diss. SETSER. d. Juram. l. 4. c. 2. n. 39. seq. BERL. P. 1. Concl. 29. n. 10.* aded ut definitiva, per in integrum restitutionem, à viribus rei judicata suspensa, nondum defective jus deferendi juramentum *a. dd. ll. l. 42. ff. d. minor. l. 4. C. d. temp. & repar. Appell. pron. Fac. Jur. Lips. Mens. Mart. A. 700. conf. MEV. P. 1. dec. 5. &*, quoties sententia imponit probationem, ad veritatem deducendam, non speciem probationis determinandam, adhuc juramentum deferre liceat. *a. l. 25. §. 3. ff. d. probat. j. l. 30. ff. d. Jurej.* ceu pron. *Fac. Jur. Lips. Mens. April. A. 700. HART. PIST. l. 4. q. 13. n. 16. MEV. P. 1. dec. 6.*

V. Permissa est juramenti delatio omnibus personis haud prohibitis. *a. l. 5. ff. d. probat.* facultatem transigendi habentibus: continet enim jusjurandum transactionis quandam speciem. *l. 2. ff. d. jurej.* etiamsi sint (1) Infames, siquidem isti à jure sic dirimendi litem non sunt exclusi, nec cessat simpliciter ratio & facultas relationis, cum deferens Numinis contemtor non est & referens conscientiae infamis causam committere quam jurare mavult, nec delatio illicò inutilis est, quando relatio jurisjurandi locum non habet aut difficultate laborat. *a. l. 11. §. f. ff. d. act. rer. amot. Conf. BRUNN. Proc. Civ. c. 23. n. 4. 5. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1294. BACH, ad Treutl.*

etiamsi (1) term. prob. sit elapsus
& non probatum.

(2) sententia definitiva sit per in integr. rest. suspensa.

(3) per sententiam injuncta fuerit probatio generaliter.

Juram. deferre potest non prohibitus.

etiam (1) Infamis.

V. l. D. 21. th. 9. l. a. verb. non etiam. Dn. RIV. *ad O. P. S. b. t. eff.* 25. in quam sententiam propendit *Fac. Jur. Lips.* Mens. Febr. 704. *Diff. CARPZ. P. 1. C. El. 14. d. 6. LANG. Ifag. ad Proc. c. 35. n. 8.* eademque juraturo, cum levitatis argueretur, in causa Civili Clericum monitorem, de evitando perjurio, adjungi voluit *Mens. Octob. 706:* (2) Perjuri: hi enim indirectè quidem, quatenus ad juramentum calumniae admitti nequeunt. *a. c. 14. XXII. q. 5.* à delatione jurisjurandi arcentur; at, si illud à reo actori remittatur, quin sustineri queat delatio ad eum effectum, ut reus, præstito juramento, causam pro se decidat. *a. l. f. C. d. fideicom. nihil impedire putamus.* ZIEGL. *ad O. P. S. b. t. verb. Wann er gleich.* DUAREN. *ad t. d. jurej. c. 2.* HILLIG. & DONELL. *l. 24. c. 21. lit. bb.* BRUNN. *c. l. n. 4.* UMM. *ad Proc. Disp. 14. n. 44.* Dn. BERG. *ad b. t. O. 3. not. 8. p. 523.* *Diff. BORCHOLT. d. jurej. c. 9. n. 19.* conf. BARTOL. *ad l. 38. ff. d. jurej. pr. j. Disp. V. Proc. ad T. VII. O. P. S. th. 16. n. 3.* interim tutor pupilli, Curator minoris nomine, alia probatione deficiente, juramentum rectè defert. *l. 17. §. 2. l. 35. ff. eod.* CARPZ. *P. 1. C. El. 14. d. 12.* ANT. FAB. *in C. l. 4. t. 1. d. 20.* ceu pron. *Fac. Jur. Lips.* Mens. Oct. A. 703. nec non curator absentis, judicio ejusdem *Fac. Jur. Lips.* Mens. April. A. 700. item Concurfus, juxta sententiam *d. Facult. M. Febr. 702.* Conf. Dn. BERG. *ad b. t. O. 4. not. 2. p. 531.* non tamen foemina. *a. l. 17. §. 3. ff. d. jurej.* CARPZ. *20V. P. 1. C. El. 12. d. 38.* (4) Mulieres Curatoris autoritate non adhibita, in suam utilitatem. e.g. in libello; ita ut postea actum legitimè, desiderante adversario, ob variandi licentiam, perficere queat. *a. l. 7. §. 1. ff. d. rescind. vendit. l. 13. §. 27. ff. d. act. emt. c. 61. d. R. 7. in 6.* Dn. BERG. *ad b. t. Obs. 4.* veluti declaratione facta cum Curanda, vel per Actorem satis legitimatum, aut Curatorem specialiter ad causam juramenti delationis constitutum, de quo dictum est *Disp. Proc. VI. ad T. VIII. O. P. S. §. 8. in fin.* conf. MART. *ad O. P. S. b. t. §. 1. n. 15.*

(2) perjurus, cui remittitur jur. calumn.

(3) Procurator cum speciali mandato.

aliis prob. defic. Tutor pup. Curat. minor.

absentis.

concurfus.

non foeminae Curator.

(4) Mulier in suam utilitatem e.g. in libello.

VI. Locum sibi vindicat Juramenti delatio regulariter in omnibus Causis, quæ ab eadem exceptæ non sunt. *l. 3. §. 1. ff. d. jurej. etiam Summariis. a. l. f. C. d. fideicom. l. 12. C. d. R. C. CARPZ. l. 3. Resp. 52. n. 20.* unde, licet tantum reservata fuisset demonstratio, juramenti tamen delatio über die Gegen-Bescheinigungs- Articul, admittitur. *a. l. 25. §. 3. ff. d. probat. l. 11. §. 3. ff. d. jurej. in Supr. Cur. Prov. Term. Trin. A. 1695. verb. jedoch/ seines Vorwendens ungeachtet / auff den 6. II. 12. 13. 14. 16. 37. 38. und 47. Gegen-Bescheinigungs- Articul, sub poena confessi & convicti, sich einzulassen schuldig / & in causa spoli in Supr. Cur. Prov. Term. Remisc. A. 1698. item in illa, quæ honorarium concernebat, partim habita jurisjurandi delati partim demonstrationis ratio ibidem Term. Luc. 704. imò in Summarissimo Possessorio, quod per modum actionis in factum deducebatur in Judicium, intuitu Actoris in Fac. Jur. Lipsf. Mens. Febr. A. 702. & intuitu Rei in d. Fac. Mens. Mart. A. 704. super juramenti delatione, tanquam valida, pronunciatum est. *a. l. 3. §. 1. ff. d. jurej. conf. Dn. Riv. ad b. t. en. 34. conf. SETS. d. jur. am. l. 4. c. 4. n. 3. NICOL. Proc. c. 10. n. 10. UMM. ad Proc. Disp. 4. n. 18. BERL. P. 1. Concl. 29. n. 31. nec aliud in causa Inhibitionis, posteaquam ad damnorum demonstrationem & remonstrationem perventum, tum enim Processus merè Summarius esse cœpit, observatum est in Supr. Cur. Prov. Lipsf. Term. Trin. A. 1700 & sapius. Interim in Processu Inhibitivo, quamdiu est in specie talis, teste observantia, cessat juramentum deferendi potestas, nec non in Processu Executivo ex Instrumento Gvarentigato, sive de actionis sive de exceptionis fundamento agatur. *Ref. Gr. d. A. 1600. gr. 19. it. d. A. 1661. gr. 3. 4. Dec. El. 2. CARPZ. l. 3. Resp. 52. BERL. P. 1. Concl. 29. n. 62. PHILIP. ad Dec. El. 2. Obsf. 3. n. 7. seq. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. n. 604. p. 1285. conf. BRUNN. Proc. Civ. c. 1. n. 54. nec non ex re judicata. d. Dec. El. 2. nisi forte ex ea ordinarie experiatur Actor. Dec. El. 12. j. PHIL. ad d. Dec. 12. Obsf. 2. n. 10.***

Obtinet juramenti delatio in omnibus causis.

etiam (i) Summariis, licet reservata fuerit tantum die Gegenbescheinigung.

aut demonstratio cum jur. delat. concurrat.

Possessor. summar. per mod. act. in factum tractetur.

aut in Causf. Inhibit. de damn. demonst. & remonstr. agatur, secus est durante Proc. Inhib. & in Proc. Execut.

lim.

Deferre licet juram.
etiam in causis famosis,
quando civiliter agitur.

quambis ad Palinod.
apud Saxones.

nec non in testamento,
import. sollicitat. ex-
torto.

über dem Befügniß in
Act. Negatoria.

VII. Præterea Juramentum deferre permittitur in Cau-
sis etiam famosis ex contractu delictive. *a. c. f. X. d. jurej. modò*
civiliter, non criminaliter, agatur. *a. l. 10. C. d. R. C. l. 9. §. 2. ff.*
d. jurej. l. 5. §. 3. l. 11. §. 1. ff. d. jurej. l. 6. §. 4. ff. d. his qui not. inf. j. l.
f. C. d. probat. Cons. Dec. El. 17. PHIL. ad d. Dec. Obsf. 2. n. 21. seq.
COLER. *Dec. 141. n. 13. CARPZ. Dec. 231. n. 17. seq. NICOL. ad Proc.*
P. 1. c. 10. n. 10. sicuti resp. *F. J. L. Mens. Jul. 707. Diff. CARPZ. P. 1. C.*
El. 12. d. 31. n. 4. adeoque actio ad Palinodiam, quamvis apud
nos recantatio famam oneret. *Rescript. El. d. A. 1637. verb. nicht*
ohne Verfleinerung des wiederuffenden Theils non remove-
bit actorem à juramenti delatione, si appareat, ad poenam cor-
poris afflictivam perveniri non posse. *a. dec. El. 17. c. 37. d. R. f.*
in 6. l. 36. ff. d. O. & A. quemadmodum pron. Fac. Jur. Lipsf.
Mens. April. & Jul. 704. nec non Mens. April. 1706. Conf. NI-
COL. ad Proc. P. 1. c. 10. n. 10. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1509. n. 696.
Dn. BERG. ad O. P. S. h. t. Obsf. 3. not. 2. p. 513. Diff. CARPZ. Pr. Cr. q.
95. n. 69. seq. nec non, quoties ob testamentum metu importu-
nisque sollicitationibus extortum civiliter experitur Actor,
conscientiæ rei committi factum potest. *a. l. 3. §. 1. l. 34. ff. d. ju-*
rej. Dec. El. 17. Conf. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1295. Dn. RIVIN.
ad O. P. S. h. t. enunc. 10. Dn. BERG. ad h. t. Obsf. 3. not. 7. p. 521. ceu
pronunc. Fac. Jur. Lipsf. Mens. Febr. 705. Diff. MOLLER. ad P. 3. C.
El. 5. n. 16. BERL. P. 1. Concl. 29. n. 52. item, quando reus, actione ne-
gatoria conventus, exceptit de jure suo venationis, servitutis
&c. non enim eo nomine, über dem Befügniß / deferre jura-
mentum prohibetur. a. dd. l. 12. C. d. R. C. in quam senten-
tiam judicatum in Supr. Cur. Prov. Lipsf. Term. Luc. A. 701. & in
Fac. Jur. Lipsf. Mens. Nov. 701. Mens. Jun. 703. Equidem sunt,
qui arguant, contra eum, qui juris præsumtionem pro se habet,
juramenti delatione uti non licere. a. l. 14. §. 3. C. d. non num pec.
ANT. GOMEZ. Var. Res. tom. 2. c. 6. n. 6. verb. unum. ZANG. d. Except.
P. 3. c. 14. n. 69. verùm, quia privilegium exceptionis non nume-
rata pecuniæ, restrictum ad biennium, postea nec probatio-
nem

nem nec juramenti delationem fert. *a. c. 52. d. R. J. 6. l. 14. §. 1. ff. ut legat. vel fideic. serv. à diversis desumitur argumentum, siquidem salva est huic excipienti probatio servitutis aut alius juris.* Conf. Dn. BERG. *ad O. P. S. b. t. 4. Obs. 3. not. 10.* Itaque etiam in Confessoria actione istius fundamentum rei conscientiae relinqui poterit. Dn. RIVIN. *ad h. t. en. 18.* In puncto stupri quoque, wegen der fleischlichen Vermischung & imprægnationis, der Schwängerung halber, reo deferre jusjurandum, cum petitur dotatio & alimentorum infanti præstatio, prohibitum non est. *c. f. X. d. jurej. l. 3. §. 1. ff. eod. Dec. El. 17.* ceu pron. *F. J. L. Mens. April. 701.* Conf. Dn. BERG. *Elect. Proc. Matrim. th. 26. BERL. P. 4. Concl. 38. n. 53. NICOL. ad Proc. P. 1. c. 10. n. 12. BRUNNEM. Juris Eccles. l. 3. c. 5. §. 3.* Diss. Dn. LYNCKER. *dec. 190.* unde memini, atrice in libello exprimente die fleischliche Vermischung und Versprechung der Ehe, & in utroque puncto jusjurandum reo deferente, in priori delationem admittam, in posteriori demonstrationem injunctam esse in *F. J. L. M. Aug. 707.*

VIII. Nihilominus deficit ista jusjurandum deferendi licentia Fori nostri usu & ex *a. Ord. Matrim. rubr. gen. von Ehe Sachen. special. von Ehe-Gelöbnißen. S. wo auch zwei Personen. C. S. p. 463.* (1) in actione ex Sponsu, reo enim, propter favorem matrimonii, contra illud jurare, atque ita vinculum insolubile quodammodo dissolvere haud permittitur. *fac. c. 34. X. de jurej. c. 7. X. d. Sent. & re jud. c. f. X. d. transact. c. 9. X. d. in integr. rest. j. l. 2. ff. d. jurej.* ceu visum *F. J. L. Mens. April. 707. CARPZ. Jurispr. Concl. l. 3. d. 44. NICOL. ad Proc. P. 1. c. 10. n. 12. BERL. P. 1. Concl. 29. n. 49.* Dn. RIV. *ad O. P. S. b. t. en. 1.* extra Saxoniam Elect. multis in locis eidem insunt sententia. RICHT. *dec. 8. n. 28. GAIL. l. 2. Obs. 94. n. 14. UMM. ad Proc. Disp. 14. n. 20. HILLIG. ad Donell. l. 24. c. 17. lit. I.* non tamen ubique, eò, quòd, cœpta lite, de sponsalibus contractis contenditur & ambigitur, itaque, cum deferens ad juramentum calumniæ præstandum obli-

& in Confessoria.

item de stupro & imprægnatione.

cessat delatio juramenti. (1) contra matrimonium Usu Sax. El.

& mult. locorum.

non tamen ubique.

obligetur, satius esse ducunt mediante jurejurando veritatem erui auctore Judice, vice Dei, quàm rerum reamve simpliciter absolvi & matrimonii spem exstingvi, ob deficientes alias probationes. *a. c. 7. X. d. sent. & re jud. l. 1. l. 2. l. 33. l. 3. §. 1. ff. d. jurej.* sicuti pron. *Fac. Jur. Lips.* Mens. Jun. A. 703. ad Consult. Consist. zu *Wurich* it. Mens. Maj. 705. Conf. *JOH. VOET. Comment. Pand. tit. d. Sponsal. §. 11. STRYCK. Tract. de Dissens. Sponsal. Sect. 3. §. 33. BRUNN. Jur. Eccl. l. 3. c. 5. §. 1. Conf. Dn. BERG. ad b. r.*

(2) in fideicommissio ab hærede & c. relicto juxta l. f. C. d. fideicommiss. qui absens fuit.

O. 3. not. 4. (2.) in fideicommissio, quo electa est à Testatore hæredum & c. præsentium fides, juxta *l. f. C. d. fideic. §. f. 1. d. fideic. hæred. verb. audiverit.* nam absentibus ex iis nequit deferri illud jusjurandum, sed tantum his, qui fuere præsentibus, quorumque religionem ac fidem testator elegit, siquidem jus singulare extendendum non est. *a. l. 14. l. 16. ff. d. legib.* sicuti pron. *Fac. Jur. Lips.* Mens. Jun. A. 701. Conf. *RICHT. Dec. 62. n. 21. SAND. l. 4. t. 5. d. 13. HARPRECHT. ad l. f. C. d. fideicommiss. c. 4. tb. II. FINCKELTH. Obs. 51. PANSCHMANN. l. 2. q. 7. n. 24. verb. existimo.* itaque, quoties alii absentes ex hæredibus fuerunt, quoad præsentibus saltem fideicommissum pro rata sustinebitur. *a. d. §. f. ne utile per inutile vitietur. c. 37. d. R. J. in 6. atque sic respond. Fac. Jur. Lips.* Mens. Febr. A. 703. Conf. *MÜLLER. ad Struv. S. J. C. Ex. 36. tb. 23. lit. 7. not. 7. HARPRECHT. ad d. l. f. C. c. 5. tb. 26.* (3) in quantitate libello inserta, quam specificè exprimi fas erat, ad instruendum reum defensionemque conscientia adjuvandam. *a. l. 1. ff. d. edend. j. l. 7. ff. d. injur. l. 6. ff. R. V.* utputa cum impensæ in ædificiorum extructionem factæ, sicuti jud. *S. C. P. L. Term. Luc. 707.* aut meliorationes in folle, ut loqui amant, desiderantur citra specificationem, ceu pron. *S. C. P. L. Term. Luc. 706.* in C. G. H. H. : C. H. v. B. & sapius. Conf. *Dn. Riv. ad O. P. S. t. 5. en 37.*

(3) in quantitate, quæ specificè exprimi debuisse.

Revocatio juram. permittitur post gvar. præst. & lit. contestatam.

IX. *Actori, qui detulit jusjurandum, idem revocare & probationem suscipere permittitur, ut evitentur juramenta non necessaria, & qui probare intentionem suam potest, eam, cum periculo*

culo perjurii, adversarii conscientia committere haud cogatur, *etiam post guarandam praestitam & litem contestatam O P S.T. XVIII. §. ob nun gleich. II* eaque revocatio contingit vel expressè vel tacitè, expressè per voluntatis, de revocando jurejurando, verbis scriptisve susceptam declarationem; tacitè, e.g. per Libelli in Super. nostra Cur. Prov. consuetam & verbotenus factam repetitionem, praetermissa, quæ Libello exhibito continebatur, juramenti delatione: ex ea enim restricta repetitione animus revocandi jusjurandum colligi potest. *a. l. 13. §. 11. ff. locat. l. 34. l. 203. ff. d. R. J. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. n. 610. p. 1299.* quod si verò libelli repetitio provocatione ad fol. Act. expediatur, eodem juramenti delationem contineri sufficit. *a. l. 6. ff. d. R. C. nec nominatim istam repeti necesse est, atque sic intelligo præj. quod est apud Dn. Riv. ad O. P. S. h. t. en. 30.* Licita autem est hæc revocatio, etiamsi inter actorem & reum aliter con-
 venerit: illa enim conventio, perjurio anam præbens, contra bonos mores est, adeoque non obligat. *a. l. 6. C. d. pact. l. 15. ff. d. cond. instit. l. 27. §. 4. ff. d. pact. BERL. P. 1. Concl. 32. n. 7. NICOL. ad Proc. P. 1. C. 41. n. 1. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1305. UMM. ad Proc. D. 14. n. 69. idem jus revocandi jusjurandum reo probaturo, e.g. exceptionem, indulgendum. a. l. 11. C. d. R. C. ne sit deterioris, quàm actor, conditionis. l. 41. ff. d. R. J. BERL. d. l. n. 8. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1307.* Atque id cum Jure Civili conspirat, ubi, re integra, Revocatio hæc & aliarum probationum præstatio indulta *Leg. 11. C. d. reb. cred. & jurej. verb. si quis autem.* usq; ad litis terminum. *NICOL. d. l. BORCH. d. jurej. c. 6. n. 1. seq. ANT. FAB. in C. l. 4. t. 1. d. 3. n. 5.* quia fatius est, certis probationibus inniti, quàm causam ancipiti perjurio adversarii finire; nihilominus reddendæ sunt adversæ parti expensæ litis, quibus per delationem susceptam & revocationem data est occasio. *a. l. 79. ff. d. jud. j. l. 155. ff. d. R. J. BERL. P. 1. Concl. 32. n. 2. NICOL. d. l. n. 1.*

*fit vel expressè.
vel tacitè.*

etiamsi (1) consentum fuerit de jurej. non revocando.

(2) reus delat. sup. except. revocet.

Jure Civili quoque revocatio juram. permittitur.

sed utroque Jure refusus expensis.

Revocatio Juramenti
cessat (1) post illius
acceptationem Jure
Sax. El.

non Cisili.

(2) in eo qui jusjur. re-
tulit.

X. *Supra proposita verò Juramenti Revocatio locum non habet,*
(1) *quoties delatum jusjurandum ab Adversario vel est acceptatum, vel relatum, vel per sententiam impositum, quæ in rem judicatam transit, & sufficit unum ex hisce subsequutum esse. O. P. S. T. XVIII. §. ob nun gleich. II. inf.* Hoc loco secundum Jus Civile ambigitur, num sola acceptatio revocationi sit impedimento. Negativæ sententiæ suffragantur ANT. FAB. *in C. l. 4. t. 1. d. 3. n. 6. 7. MEV. P. 3. Dec. 201. n. 2. FRANZK. ad w. t. d. jurcj. n. 94. HILLIG. & DON. l. 24. c. 14. lit. c. UMM. ad Proc. Disp. 14. n. 69. generalitati l. u. C. d. reb. cred. innitentes & injusto adversarii desiderio, qui sibi juraturo fidem haberi vult, cum in promptu sunt probationes, non sine præsentissimo perjurii ac detrimenti periculo. Quæ sententia suo non destituitur fundamento, siquidem delati & nondum præstiti, adeoque etiam acceptati, jurisjurandi revocationem permittit. d. l. u. & olim juramenta regulariter in continenti solebant persolvi. l. 5. §. ff. d. jurcj. In diversam opinionem concessisse videtur CARPZ. P. 1. C. El. 12. d. 4. n. 3. BARTOL. *in l. 5. §. ff. d. jurcj. n. 2. GILKEN. ad d. l. u. C. n. 1. BEUST. ad l. remittit. 6. ff. d. jurcj. n. 3. seq. p. m. 226. conf. BRUNN. ad l. u. C. d. reb. cred. n. 7. seq.* quæ nostra O. P. S. expressè est approbata, invitante dubio procul moderna virtute pacti, quod acceptatio juramenti implicat, & tempore præstationi jurisjurandi præfixo, quando oblatio exigitur & illius præstatio in terminum, eo nomine definiendum, differtur, O. P. S. b. t. §. Wenn nun. 9. interimque per acceptationem, metum revocationis ambagesque inde descendentes rescindere permittitur. d. §. II. Dn. Riv. b. t. c. n. 26. (2) Juramentum revocandi libertas deficit, si de juræjurando ab eo, qui istud retulit, revocando agatur: elegit enim istius relationem, ac proinde jus variandi, lege haud concessum, frustra usurpare cupit. a. l. 34. §. 6. 7. & f. l. 38. ff. d. jurcj. j. l. 33. *in f. ff. d. leg. 1. l. 75. ff. d. R. J. l. 5. C. d. O. & A. l. u. C. d. R. C. LAUTERB. Dissert. d. Relat. jurisj. tb. 102. HEIG. P. 1. q. 4. n. 37. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 325.*
NICOL.*

NICOL. *ad Proc. Part. 1. c. 41. n. 3.* Diff. SETSER. *d. Juram. l. 4. c. 6. n. 28.* sicuti quoque voluntatis mutatae odium semel revocatum juramentum denuo deferri haud patitur. *l. 11. C. d. R. C.* ne redeat ad jusjurandum is, qui huic renunciandum putavit. *d. l.*

revocatum etiam denuo deferri nequit.

CHRISTIN. *V. 3. dec. 2. n. 2.* MEY. *P. 3. Dec. 201. (3)* Non licet revocatione uti, quando juramentum est per sententiam injunctum, eaque in rem judicatam transit. *d. §. II.* ista enim praecise jurandi necessitatem imponit. *a. l. 25. ff. d. stat. hom. l. 207. ff. d. R. 7. j. l. 11. C. d. R. C. in f.* sed antea secus est; unde sententia suspensa, e.g. per Leutationem ab adversario interpositam, salvam esse facultatem revocandi jusjurandum pron. *Supr. Cur. Provd. Lipsf. Term. Rem. A. 1698.* in *Causa J. E. v. M. : / M. v. A. BERL. P. 1. Concl. 32. n. 5.* pariter post sententiam, intra decendium, declarata revocandi intentio admissa est in *Fac. Jur. Lipsf. Mens. Nov. 705.*

(3) in obligato ad praestationem ex re judicata.

Interim denegata juramentum revocandi potestas non extendenda ad casum post jurisjurandi acceptationem, relationem, aut rem judicatam, qua imposita jurandi necessitas, emergentem aut probationes supervenientes: cum enim de incidente puncto, & deferendo, referendo praestando ve propterea juramento, actum non sit, mutari voluntatem simpliciter ac proprie dici nequit. *a. l. 19. ff. d. R. C.* atque subnascens veritatem Instrumentis, testibus, simili ve ratione deducendi occasione justam evincit causam, cur a delatione recedatur, nec temeritatis revocatio jurisjurandi argui potest, quae ad perjurii evitacionem & evidentiam veritatis tendit. *a. l. 11. C. d. reb. cred. j. c. 5. §. 6. XXII. q. 5. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. n. 611. p. 1302. CARPZ. Proc. t. 11. art. 1. n. 135. BERL. P. 1. Concl. 32. n. 6. ANT. FAB. in C. l. 4. t. 1. d. 22. NIC. ad Proc. P. 1. c. 41. n. 1. LAUTERB. Dissert. de Relat. jurisj. tb. 102. 103.* itaque, ex postfacto duobus testibus inventis, actori permessa juramenti revocatio in *F. 7. L. M. Febr. A. 701.* Ubi necesse non est, ut is, qui eam revocationem suscipit, jurejurando asseveret, se novas probationes reperisse, quia jura id non exposcunt, & ipse suo periculo ad probationes confugit jurandi

interposita Leutatione non item.

licita autem est 3 his casibus revocatio, si post acceptat. relat. aut rem jud. casus emerferit nobis aut noba probatio.

ubi supervenisse probationem jurato asseverari opus non est.

dique necessitas evitatur. *a. d. l. 11. LANG. Isag. ad Proc. c. 43. n. 31. Dn. Riv. ad O. P. S. b. t. ep. 29. conf. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. pag. 1308. seq.*

Jure Civili licet post probationes frustra tentatas deferre jusjurandum.

non tamen super eodem facto simul probatione & juram. delat. uti.

Jus Sax. El. idem punctum libelli probari & conscientiae relinquere non patitur.

ne quidem post desperatas probationes.

adeo ut super Libellatis reo alicui deferre juram. haud permittatur.

XI. Equidem Jure Civili permissum est idem punctum controversiae, post probationes frustra susceptas, per delationem juramenti expedire. *a. l. 11. l. 12. C. d. reb. cred. & jurej. l. 38. ff. d. jurej. FR. NZK. ad π. t. d. jurej. n. 108. BACHOV. ad Trcutl. V. 1. Disp. 21. th. 9. lit. c. verb. imo etiam si.* sicuti supra §. 4. deductum est; attamen negotii veritatem simul per probationem & juramenti delationem indagari haud patitur, ad evitandum jusjurandum inutile aut temerarium *a. d. l. 11. 12. j. c. 2. X. d. jurej. l. 30. l. 35. ff. eod. GONZAL. TELLEZ. ad c. 2. X. d. probat. n. 3. VINN. Q. S. l. 1. c. 44. Jus Saxonicum Electorale Aetori haud largitur potestatem simul & conjunctim, ejusdem Libelli Articuli nomine, probatione & juramenti delatione uti. O. P. S. T. XVIII. §. es wird III. CARPZ. P. 1. C. El. l. 2. d. 29. ne quidem successive. a. l. 8 ff. d. publ. in rem act. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1303. etiam si probationi factae per testes renunciare velit, sicuti pron. F. J. L. Mens. Mart. 707. Pariter inanis erat Diffamantis conatus, qui in juncta probatione per sententiam, qua in rem judicatam transierat, ad juramenti delationem confugere cupiebat, in *Fac. Jur. Lipsf. Mens. Aug. 1704.* Rei quoque intentio caruit effectu, qui factum Libello comprehensum Articulis Reproboratoribus complexus erat, & contrarium per juramenti delationem evincere moliebatur in *Supr. Cur. Prov. Lipsf. Term. Lucia A. 1693. in C. D. i. A. R. G. II. : D. W. H. A. G. G. 3. S. u. H. it. Term. Cruc. A. 704. item in Fac. Jur. Lipsf. Mens. Jan. A. 700.* quandoquidem aliàs gravis emergeret perjuriæ questio, maxime vitanda. *Dec. El. 19.* si, quicquid pars una per probationes deduxisset, altera jurejurando declinasset, ipsum Calumniam juramentum periculum perjuriæ inferret, ac inextricabilis propemodum controversia, utrum conscientiae an probationis potior esset habenda ratio, enasceretur, imò, si relatum for-*

fortè actori iusjurandum ab ipso persolveretur, adhibita duplex probatio, unius vice, inanem vel probationem vel iusjurandi præstationem redderet. *z. d. c. 2. X. d. probat. j. l. 14. §. 1. ff. ut leg. vel. fideic. serv. caus. cad.* Verùm quoties reus Interrogatoria sua, ad quæ testes examinati sunt, ad factum direxit, cujus intuitu postea, in reprobatione, juramentum defert, haud improbare iusjurandi delationem visum *Supr. Cur. Prov. Lips. Term. Rem. 706. Fac. Jur. Lips. Mens. Octob. A. 700. it. Mens. April. 706. Conf. Dn. Riv. ad O. P. S. t. 21. en. 43. conf. Dn. BERG. Dissert. Quousque in Sax. El. lic. def. jus. t. b. 21.* nam exhibens interrogatoria in testes incidit, non eos eligit, per interrogationes illas in rationem depositionis testium similesque circumstantias principaliter inquirat, non probat, ac probandi facultas potius extendenda quam restringenda est. *a. l. 21. C. d. heret. c. 5. X. ut lit. non contest. Quod si verò Actor diversa habet libelli puncta, unumque probare alicrum conscientie rei committere, aut factum probare, & propter annexas eidem qualitates ac circumstantias, juramentum deferre velit, ipsius id relinquitur arbitrio, modo eo nomine declarationem & delationem ante præstitam Guarandam & licem purè contestatam faciat, secundum O. P. S. T. XVIII. §. Es wird. III. CARPZ. Proc. t. 11. art. 1. n. 30. seq.* atque hac suscepta pro parte libelli juramenti delatio pro parte probatio cum Jure Civili conspirat. *l. 14. ff. d. act. rer. amot. NICOL. ad Proc. P. 1. c. 10. n. 9. BRUN. Proc. Civ. c. 23. n. 14. MEV. ad Jus Lubec. Part. 5. t. 8. art. 2. n. 11.* Hinc solennis in Foro formula: *Die weil Besl. auf die erhobene Klage geantwortet/ und solcher nicht allenthalben geständig/ so ist dessen Principalin/ über dasjenige/ so er à verbis: wann dann ermeldester usque Stücke / verneinet ihr Gewissen auch Wissenschaft und Wohlbewust/ dahin es es ihr auff diesen Fall gestellt/ nach vorgehenden derer Klägerer Eynde vor Gesehrte/ zu eröffnen / oder dieselbe mit Beweise zu vertreten/ oder/ so viel die facta aliena betriefft/ diesen den Haupt- Eynd zu referiren/ &c. aber im übrigen*

nihilominus reus super iis, de quibus interrogatoria formavit, juram. deferre haud prohibetur.

at Jur. Sax. El. propter diversa Libelli puncta probatio & juram. delatio licita est.

quod cum Jure Civili conspirat.

gen den Grund der Klage/ und was ihm daran verneinet/ in
Sächf. Frist/ wie recht/zu erweisen schuldig/ darwider etc. conf.
Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 1310.*

*Super Except. litis in-
gress. imped non per-
missitur reo juram.
delatio.*

nisi eam actor accipiet.

*Post Litis contest. ne-
gat. permissa reo jura-
menti delatio.*

*etiamsi eam neque pars
sibi neque sententia
parti reservaverit.*

*expedit autem juram.
delat. reservationem
infern. sententiae, exoffi-
cio quoque.*

XII. Haecenus de Juramenti delatione Actoris dictum est, nunc ad eam convertemur, quae suscipitur à Reo propter exceptiones oppositas. Exceptiones litis ingressum impediendes in continenti probandæ sunt. *v. Dec. El. 2. P. 1. C. El. 8.* adeoque earum nomine jusjurandum deferre non licet, siquidem hoc modo, altiore indaginem requirente, uti ea ratione haud permittitur. *a. l. 3. §. 13. ff. ad exhib. l. 12. §. 1. C. d. R. C. c. 1. d. lit. cont. in 6. CARPZ. Proc. t. 22. art. 4. n. 18. seq. MOLLER. Semestr. l. 3. c. 36. j. Diss. VII. Proc. ad T. XI. O. P. S. §. 2. inf. nisi forte judex, auctore delatum jusjurandum acceptante, ob conventionis virtutem, illi locum relinquat, ceu, opposita exceptione remissionis in causa injuriarum, pronunciatum esse monuit Dn. Riv. *ad O. P. S. b. t. en. 36.* Et, quia Exceptiones Peremptoriae altioris indaginis post litem contestatam sunt opponendæ probandæque, consideranda diversitas litis contestationis, quam facit reus vel negativè, vel mixtim, vel affirmativè. Post negativam litis contestationem aut mixtam, sive partim affirmativam partim negativam, Wenn Beklagter der Klage nicht/ oder nicht allenthalben / geständig / permissa est reo juramenti delatio, in causis ordinariis ac summariis, etiam si eandem sibi specialiter haud reservaverit, nec ista per sententiam vel decretum formaliter aut virtualiter reservata fuerit. Cavendis quidem contentionibus futuris proficit in sententia decretove, officio quoque Judicis, exprimi jurisjurandi deferendi licentiam verbis: *Dawieder Bekl. sein Gegen-Beweis / in. Gegen-Bescheinigung / Eydesdelation und andere rechtl. Nothdurfft bill'g vorbehalten wird* &c. nam, ad rescindendas ambages, prodest ab initio facultatem illam sententia aut decreto indulgeri, ne postea hanc per declarationem, in Leuteratione, impetrari necessitas exigat. *a. l. f. C. in quib. caus. in**

integr. rest. nec. attamen, cum Judex non sit obstrictus ad juramenti delationis reservationem decreto vel sententia inserendam, nisi pars eandem sibi nominatim reservaverit. *a. l. 4. §. 8. ff. d. damn. inf.* tutissimum ac saluberrimum est reo, expressè reservationem juramenti delationis fecisse, observantia teste. Hoc circa mixtam litis contestationem dubium videri posset propter virtutem confessionis, quam illa, quatenus est affirmativa, complectitur. *a. l. 3. ff. d. confess.* Sed quoties loquidò separari nequeunt capita libelli, in quibus affirmativè aut negativè facta est litis contestatio, & ex illis condemnatio locum haud invenit, inharendum Regula, quæ jurisjurandi delationem admittit, atque, Actore non probante, reum, etiamsi nihil præstiterit, absolvi jubet. *l. 9. C. d. O. & A. l. 9. C. d. Except. l. 4. C. d. edend.* maximè cum ea Juri Communi conveniat. *a. c. 8. X. d. consuet.* quod hac in parte rei potestatem deferendi jusjurandum super exceptione terminis tam angustis haud includit. *a. l. 12. C. d. reb. cred. & jurej.* BACHOV. *ad Treul. V. 1. Dissp. 21. th. 9. lit. c. verb. imò etiamsi reo.* BRUNNEM. *ad l. 11. C. d. reb. cred. n. 20. seq.* Itaque liberam esse hanc juramenti delationem reo putamus, quamvis ipse sibi, intuitu exceptionum, saltem reservaverit den *Gegen-Beweis oder Gegen-Bescheinigung.* Dn. BERG. *Dissert. Quousque in Sax. Et. lic. def. jur. th. 17.* Diss. CARPZ. *P. 1. C. El. 12. d. 23. n. 5.* sub ista enim reprobatione aut remonstracione juramenti usurpatio non est exclusa, cum sit probandi medium. *l. 25. §. 3. ff. d. probat. & eod.* Jus verò Saxonicum Electorale tum demum exulare, juramenti delationem ex parte rei cupiat, quando in specie exceptionum probatio injuncta vel oblata est. *O. P. S. T. XVIII. §. Da aber. IV. Dn. BERG. c. l.* quorum neutrum hoc casu contingit, id quod multò magis locum inveniet, ubi reservatio per formulam sententia conservata: *Dawieder Bekl. sein Gegen-Beweis und andere rechtliche Vorhurdurffe billig vorbehalten wird!*

& partem facere eam reservationem.

fulcepta litis contest. partim affirm. partim negat. reus super except. deferre potest juram., quando ex affirmativa nequit fieri condemnatio.

quamvis reus sibi tantum reservaverit reprobationem aut remonstracionem.

aut reo saltem reservata sit die rechtliche Nothdurfft.

ubi, qui petit per modum Leuterat. sentent. declarationem extensam ad juram delationem eandem impetrat.

usurpari verò potest jur. del. in art. reprob. inducendo probandi modum. exemplum.

Et in Term. repetendo.

sed ea declaratio intentionis ad art. praeiud. pro forma non requiritur.

wird, facta deprehenditur, quandoquidem tunc die rechtliche Nothdurfft juramenti delationem continere censetur. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1391. At si reus metuat, ne, sua jurisjurandi reservatione in judicato nominatim haud expressa, eadem pro denegata, vor aberkant/ habeatur, propterea que Leutationem interponat, per modum declarationis ipsi juramenti delatio reservatur, ceu saepè factum esse memini. Confer. ZIEGL. ad O. P. S. h. t. verb. aufferlegt wird. p. 117. CARPZ. Proc. t. II, art. 1. n. 122. NICOL. ad Proc. P. 1. c. 38. n. 5. Interim reservata hæc jurisjurandi delatio commodè suscipitur in Articulis Reprobatoriis per verba: Dieser Articul wird Al. in sein Gew. auch Wissenschaft und Wohlbewußt/ zur eydl. Eröffnung/ gestellt/ admitta tamen etiam juramenti delatio facta hoc modo: Beßl. wil über diesen Articul den Eyd deferiret haben in F. 7. L. M. Febr. A. 703. non enim nimis captanda sunt voces, quæ intentionem partis expriment. a. l. 12. ff. d. reb. l. dub. so. ff. d. V. O. Postea in Termino Productionis juramenti delatio repetitur & ad articulos istos responsio exigitur. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1393. seq. Verùm nolim declarationem hanc intentionis ad articulos pro forma desiderare, & istam negligentem illic à reservata delatione juramenti arcere, absque legis suffragio: nam pœna privationis sine manifesta juris dispositione irroganda non est. a. N. 2. c. 3. verb. scilicet. O. P. S. t. 20. §. 1. j. r. 24. §. 1. documenta induci juber, sed nullibi de juramenti delatione idem cautum est. Dn. BERG. d. Dissert. Quousque in Sax. El. lic. def. jur. tb. 19. seq. neque illi hujusmodi fatale definitum, proinde admitta jurisjurandi delatio, non per inductionem ad articulos, sed in literis exhibitis, quibus inferri erant articuli, facta in Fac. Jur. Lips. Mens. Dec. A. 700. nisi fortè rei judicatae id pepererit auctoritas. a. l. 25. ff. d. St. at. homin. Termino Saxonico per sententiam jurisjurandi delationi determinato: Dawieder Beßl. sein Gegenb. Eydes; del. und andere Rechtel. Nothdurfft in ebenmäßiger (sc. Sächsf.) Frist billig vor;

vorbehalten wird. *id. t. l. th. 21. § ad O. P. S. b. t. Obs. 2. not. 1.*

XIII. Haftenus de Litis contestatione Negativa & Mixta.

Cum eadem Affirmativè concepta est, reus super exceptione statim deferre debet jusjurandum, non sibi tantum jurisjurandi delationem reservare; hinc ista reservatio, tanquam inutilis, præterita. *a. l. 6. ff. qui satisd. cog. reoque exceptionis probatio in juncta est in Fac. Jur. Lips. Mens. Nov. 701.* Atque hæc juramenti delatio, tanquam species defensionis, ne quidem in causis criminalibus & famosis cessat, quò relinquatur innocentia detegenda locus. *a. l. 5. ff. d. pæn. l. 125. ff. d. R. J. juramento calumniae malam à reo suspicionem declinante. CARPZ. l. 3. Resp. 45. BERL. Dec. 297. COLER. Dec. 122. n. 15. ubi Diff. SCHULTES. conf. BEUST. ad l. 3. ff. d. jurej. n. 57.* Intuitu exceptionis igitur veritatis, stupri imputati nomine ad fustigationem agenti opposita, delationem fieri posse censuit *F. J. L. Mens. Nov. A. 700.* & alio crimine objecto *Mens. April. A. 700.* nec non ex Stupro convento, super exceptione constupratorum, permessa jurisjurandi delatio in *F. J. L. Mens. Jan. 706.* cum verò adversus injuriarum actionem intentatam, quia actor appellatus erat *ein Dieb* exceptio veritatis, circumstantiis haud satis munita, obmoveretur calumniaeque metus haud levis subnasceretur, juramenti delationem *d. Fac.* non tulit *Mens. Jan. A. 703. conf. Dn. BERG. ad h. t. Obs. 3. p. 511.* itaque arbitrium judicis hoc casu non excludi fas est. *a. l. 32. ff. d. Usur.* qui personarum, criminis & circumstantiarum eam habeat rationem, ut defensio adjuvetur, sed à temerariis juramentis abstineatur, perjuriisque fenestra non aperiatur. *a. c. 12. in f. X. d. jurej. c. 5. l. 4. XXII. q. 5. BRUNN. ad l. 9. ff. d. jurej. n. 21 seq.* Fieri autem debet delatio juramenti post litem contestatam *minimum in positione ultimam precedente.* *O. P. S. T. XVIII. §. Da aber. IV.* unde hæc delatio admissa est, etiamsi illa litis contestationi, in Positione prima suscepta, illicò non fuerat annexa in *F. J. L. M. Nov. A. 700.*

Post Litis contestatione affirmat. statim facienda super except. jur. delat.

que locum habet, licet accusatio criminalis aut actio famosa in jud. deducta sit.

non exclusio judicis arbitrio.

minimum in Positione ultimam precedente.

D

actor

*cui jur. del. actor re-
spondere tenetur.*

*potest autem etiam una
exceptio probari, alter
nom. juram. deferri.*

*cessit delatio jur. super
except. si (1) injuncta
suerit probatio.*

ampl.

lim.

*Nulla sit a reo prob.
oblatio.*

*quomodo citra actoris
acceptationem.*

actor vero exceptioni objecta vel affirmando vel negando re-
spondere tenetur, aliàs ad id compellitur, sub pœna confessi &
convicti, cœu perpetuus probat usus Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p.*
372. Interim æquipollere affirmativa vel negativa responsioni
acceptationem juramenti non dubitavit *F. J. L. M. Sept. A. 99-*
a. §. 2. I. qui & ex quib. caus. manum. j. l. 219. ff. d. V. §. Quod si alia
exceptio probanda, alia per jurisjurandi delationem deducen-
da veniat, probatio & jusjurandum in pronuntiando conside-
ratur, ubi hanc formulam usurpatam esse recorder: *Dieweil*
Beil. auß die erhobene Klage geantwortet / und solcher gestân-
dig/dam ben aber Exceptionem Retorsionis und Veritatis vor-
geschûzet/ so ist er jene in Sächf. Frist / Kl. Gegenbeweises und
anderer rechtl. Nothdurfft vorbehältlich/wie recht / zu erweisen/
dieser aber auff die letztere/ andergefalt und richtiger als gesche-
hen/ sub pœna confessi & convicti, sich einzulassen/ und zu ant-
worten schuldig. At perit facultas juramentum super exceptione
deferendi, (1) si illius probatio vel demonstratio in juncta fuerit reo.
O. P. S. T. XVIII. §. Do ober. IV. a. l. 83. ff. d. cond. & dem. per senten-
tiam decretum ve. a. d. §. j. §. 9. it. P. 1. C. El. 12. Dn. Riv. ad O. P. §.
b. t. en. 33. Dn. BERG. Dissert. Quousque in Sax. El. lic. def. jusj. §.
23. 24. etiam arbitri compromissarii. a. l. 1. ff. d. recept. qui arb.
CARPZ. P. 1. C. El. 12. d. 37. quando e.g. in decreto non est reserva-
ta reo petenti juramenti delatio, quam reservationem fecit S.
C. P. L. Term. Cruc. 707. dummodo ista sententia aut decretum
in rem judicatam transierit. a. l. 1. §. f. ff. quod. quisque jur. in
alt. stat. D. BERG. d. Dissert. §. 25. BERL. P. 1. C. 29. n. 64. ZANG. d.
Except. P. 2. c. 21. n. 74. (2) quando reus ipse ad exceptionis probatio-
nem se obtulit. H. T. §. IV. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1290. itaque,
post susceptam hanc oblotionem, pœnitere non licet, quamvis
actor declaratam probandi intentionem hand acceptaverit:
nam res judicata & oblatio ad jurandum sibi invicem exæ-
quantur. a. l. 5. C. d. O. & A. l. 32. ff. ad L. Aquil. Dn. BERG. d. Dissert.
§. 29.

XIV. Ad Formam Juramenti delationis conversi, primum
perpendimus Regulam Juris Communis traditam O. P. S. T. XVIII.
 §. und ob wohl. *V. nempe quod de facto alieno non liceat deferre jus-*
jurandum d. §. quia iniquum est de facto alieno alium jurare &
 anceps perjurium subire. *l. 11. §. 2. ff. d. act. rer. amot. j. l. 4. ff. d. in-*
lit. jur. l. 34. §. 3. ff. eod. adeoque haeredes etiam jusjurandum defun-
 cto delatuna praestare non teneantur, neque enim eorum fidem
 deferens secutus est, multumque discrepat juramentum haredi-
 tarium à principali sacramento. *l. 12. C. d. reb. cred. ac defuncti fa-*
 ctum haeres justè ignorat. *l. 42. ff. D. R. J. M. V. N. S. cent. 1. Obs. 13.*
 THOMING. *Dec. 45. n. 3. seq. SETSER. d. juram. l. 4. c. 3. n. 27. seq. nihil-*
 ominus ipsa necessitas judicis arbitrium nonnunquam invitat
 ad jusjurandum de facto alieno haud improbandum, indagatis
 fideliter facti circumstantiis credulitatem parientibus; unde,
 cum causa penderet inter haeredes actoris & rei, non dubitavit,
 extra Saxoniam quoque, jurisjurandi delationem inter eos susce-
 ptam admittere *F. J. L. Mens. Mart. A. 704. in Actis transm. B.*
J. C. Z. B. a. l. 34. ff. d. jurej. l. 2. §. 2. C. d. jurej. propt. calumn. j. l. 2. §.
8. ff. d. aqv. & aqv. pluv. arc. act. MEY. P. 7. Dec. 238. LAUTERB. Dissert.
d. Relat. juram. ib. 79. 80. THOMING. Dec. 45. n. 20. At Jus Sax. El.
inter Juramentum Veritatis, quod de veritate & ad eam asseve-
 randam confirmandamque praestatur, & *Credulitatis, quod de*
 credulitate & ad eam asseverandam confirmandamque perfolvit-
 tur. *conf. Dn. BERG. ad O. P. S. h. t. Obs. 5. p. 550. seq. distinguit ob-*
 soletudinem in Foro Saxonico introductam, qua factum alienum
 soli conscientiae non potest committi, at conscientiae & notitiae,
 es kan ins Gewissen auch Wissenschaft und Wohlbewust gestellt
 werden. *O. P. S. T. XVIII. §. und ob wohl V. proinde, quoties fact-*
 ctum alienum conscientiae adversarii saltem est relictum, de-
 monstratio vel probatio juramentum deferenti injungitur. *Dn.*
RIV. ad O. P. S. h. t. en. 39. COLER. dec. 116. n. 10. MEY. ad Jus Lubec.
Part. 5. t. 8. art. 2. n. 8. etiam parte nihil monente, ex officio judi-
 cis. *a. d. §. V. pr. l. d. offic. Jud. Dn. RIV. c. l. quin tamen facti alieni*
 conscius jusjurandum acceptare, atque sic fidem vero juramento

*Jur. Communi deferre
 jur. non licet de facto
 alieno.*

*arbitrio judicis tamen
 ea delatio ex justa cau-
 sa fertur. e. g. inter
 haeres.*

*Jure Sax. El. factum
 alienum soli conscien-
 tia nequit committi.*

*idque si factum sit in-
 jungitur probatio.*

*nisi forte is, cui delatio
 facta, veritatis conscius
 juram. acceptet.*

facti alieno consc. im.
reliolo partis, eadem
decedente delat. jur.
cessat.

non vero quando id
consc. scient. & notitia
commissam.

Q. An delatio juramen-
ti verb. ich will den Eyd
deferiret haben / appli-
cari queat etiam ad fa-
cta aliena.

Affirm.

aliquando tamen par-
tis declaratio desidera-
ri potest.

neque expedit general.
verbis uti.

fuio præstare queat non ambigo. *a. l. 12. §. 1. C. d. R. C. MEV. Part. 1. dec. 161. n. 2.* LAUTERB. *de Relat. jurisj. th. 75.* imò, quando de facto alieno sola Partis conscientia est onerata, eaque ante publicationem sententiæ decessit, pronunciat: Daß die Eyd's delation nicht statt hat. *a. P. 1. C. El. 24. ibique CARPZ. d. 3. Dn. BERG. ad O. P. S. b. t. p. 543.* sed, quoties causa conscientia, scientia ac notitia commissa est, secus obtinet, adeoque tum hæres de credulitate jurat, ceu pron. *F. J. L. Menf. Mart. A. 700. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1381. CARPZ. P. 1. C. El. 24. d. 4.* Num verò hæc forma delationis, daß facta aliena ins Gewissen / Wissenschaft und Wohlbes wußt gestellt werden sollen / præcisè sit observanda & generalis formula: über diese Klage (diesen Articul) wird Befl. (Kl.) der Eyd deferiret / nullitatem actus delationis evincat, controversitur. Affirmativæ sententiæ accedit Dn. MARTIN *ad O. P. S. b. t. §. 1. n. 139.* Negativæ autem Dn. BERG. *in Dissert. Quousque in Sax. El. lic. def. jusjur. §. 31.* quam rectè defendi puto, illique accessit *F. J. L. M. Febr. A. 703.* pronunciando, quod juramenti delatio habeat effectum, etiam ratione factorum alienorum, cum pars dixisset, er wolte über die Articul den Eyd deferiret haben. Nam *O. P. S. b. t. §. und ob wohl. V. certam,* quæ in jurisjurandi delatione, attenderetur, formam non definivit, nec in dubio notabilis ea Legislatoris intentio præsumenda est. *a. l. 15. §. 26. ff. d. injur. N. 18. c. 5.* itaque nimius foret rigor, quo litigans à delationis juramenti fructu sine lege excluderetur. *a. N. 2. c. 3.* cum animum deferendi jusjurandum tempestivè declaraverit, actusque ita sit explicandus, ut valeat potius quàm pereat. *l. 80. ff. d. V. O. l. 67. ff. d. R. J. prætereà* Judicis officium exposcat, ut formulam jurisjurandi negotio prudenter accomodet. *a. l. 34. §. 8. ff. d. jurej.* Ubi tamen inficias non imus, maximè juramento super actione delato, urgentibus circumstantiis, manifestiore voluntatis explicationem desiderari posse. *a. l. 34. ff. d. contrab. cmt. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1371.* multoque circumspectius agi per usitatæ in foro nostro formulæ usurpationem, siquidem eà ancipitem evitare licet contentionem.

XV. Quia verò facta aliena conscientia scientia ac notitia recte committuntur *J. Sax. El. idemque in Delationibus ac relationibus juramentorum, siquidem hæc delationibus solent esse conformes, attendi jubetur. O. P. S. T. XVIII. §. und ob wohl. V. non prater eundem est, quod facta communia hac in parte pro alienis, ceu resp. F. J. L. M. Jan. 702. & Leuteratione eo nomine interposita declaratum in d. Fac. M. Mart. A. 705. verb. Daß die relation auch quoad facta communia stat hat re. habeantur. Conf. LAUTERB. Dissert. de Relat. jurisj. tb. 77. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1359. Appellantur autem h. l. Facta Communia, in quibus, ad ipsam actus substantiam, utraque pars concurrat, ita ut habeat certam scientiam. e. g. in contractu bilaterali vel unilaterali, Cajo ipse vendidi adificium 100, mutuo dedi 300, solvi 600. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1360. Dn. BERG. ad O. P. S. b. t. Obs. 5. not. 1. p. 543. sed pro communibus propriè & h. l. agnoscenda non sunt facta ab una parte tantum suscepta, licet ea forte altera pars sciat: nam ista scientia non præsumitur. a. l. f. §. 1. ff. pro suo. adeoque nec illius rationem habere potest iudex super juramenti delatione pronuncians, quod secus est, si de scientia facti alieni apud acta constet, ex confessione similive causa. a. l. 11. §. 2. ff. de act. rer. am. LAUTERB. de Relat. jurisj. tb. 35. BRUNN. Proc. Civ. c. 23. n. 13. Vicissim relationem jurisjurandi non impediri, eò quòd deferens factum commune in personam ejus, cui datur, direxit. v. g. Du / Caje, hast dich mit mir verglichen / non wir haben uns mit einander verglichen / probabile est, siquidem concipiendi hic modus non mutat utriusque certam scientiam, propter quam delatio & relatio tuetur locum, cum neuter de facto alieno, quod ignorat, juret, ac leges non verbis sed rebus ponantur. l. 2. C. Commun. de legat. j. 134. §. 8. ff. d. jurej. ceu visum F. J. L. M. Maj. A. 701. Conf. Dn. Riv. ad b. t. en. 55. memini tamen, formæ delationis habitam esse rationem. a. l. 3. §. f. ff. d. jurej. in S. C. P. L. Term. Cruc. 704. Remin. 705. conf. LAUTERB. de Relat. jur. tb. 74. 75. 76. 77. CARPZ. P. 1. C. El. 14. d. 11. n. 4. 5. Regulariter quidem relati delati que juramenti eadem est forma. H. T. d. S. V. r. objecti; verum non r. qualitatis & formulæ, nam contingere potest, ut delatum*

Facta aliena in delat. juram. & Relat. confc. & notit. committi queunt.

ubi facta communia pro alienis habentur.

Facta Communia describuntur, quorum uterque habet scientiam ex eorum natura.

non per accidens, nisi de scientia apud acta constet.

haud desinit esse factum commune, quod in personam rei dirigitur.

delati & relati juram. idem est object. non semper qual. & formula. nec actor à juram. veritatis absolvitur, licet

reus referens de credulitate jurasset,

juramentum reus de credulitate tantum præstaret, relatum actor de veritate. Unde, cum Sejus factum alienum: Titius hat gestanden/daß er Cajam geschwängert/pro fundamento intentionis suæ collocasset, & ex eo ream condemnari cuperet, relatum juramentum de veritate jurare jussus est. *a. l. 34. §. 8. l. 34. ff. d. jurej. in F. J. L. M. Jan. 701. & in simili casu reus super exceptione relatum juramentum in S. C. P. L. Term. Trin. 705. MART. ad O. P. S. b. t. ferner. 8. n. 93.* idem accidit, ubi actor detulit jusjurandum de facto sibi defuncto que communi, quando quidem hæres de credulitate jurasset, at actor de veritate jurare cogitur. *a. dd. ll. Dn. BERG. ad h. t. Obs. 5. n. 4. p. 548.* pariter, quando Christianus Judæo jusjurandum refert, alia est ejusdem formula: Judæi enim non eodem, quo Christiani, modo jurant. *a. d. l. 34. §. 8. v. Ord. Cam. P. i. t. 86. §. 8.* ut taceam, quoties reus se 60. ab actore mutuo accepisse vi jurisjurandi delati negat, idem in relato actorem affirmare, id quod quotidianum est. Judex igitur ex diversitate rerum vel personarum quibusdam emergentibus, quæ varietatem inducant efficiantque, ut juramentum, quale delatum est, per omnia referri nequeat, suo officio formulam determinet. *l. 34. §. 8. ff. d. jurej. Dn. BERG. c. l. Denique quod dictum*

Facult. defer. jur. de factis alien. ad jur. del. & relati. restringitur.

est Juramentum super facto alieno de credulitate Jur. Sax. El. præstandum esse, ad judicialia Juramenta à Partibus delata & relata, non ad reliqua, pertinet. O. P. S. T. XVIII. §. und ob wohl. V. inf. in quibus Juri Communi insititur. d. §. at isto, circumstantiis urgentibus, etiam Suppletorium juramentum credulitatis de facto alieno admittitur. a. c. 47. X. d. testib. ceu accidit in Fac. Jur. Lips. Mens. Maj. A. 1701. parti enim indulgebatur jurare: Daß das doc. sub C. von dem 1500. seculo wäre. Cons. MEV. P. 7. dec. 238. CARPZ. P. I. C. El. 23. d. 12.

Jur. calumn. Descriptio.

XVI. Qui detulit Jusjurandum ad præstationem Juramenti Calumnia, (des Eydes vor Gefährde) obligatus est. O. P. S. T. XVIII. §. nachdem. VI. atque eo is, qui Jurisjurandi delationem fecit, asseverat, se delationem animo non malitioso suscepisse. v. g. Ich N. schwere/daß ich in meiner wider N. rechtshängigen Sache sein Gewißen/durch Zuschreibung des Eydes/gefährlicher Weise nicht gerühret habe, f. w. m. G. h. u. f. h. W. a. l. 34. §. 4. ff. d. jurej. l. 37. ff. cod. l. 11. §. 1. ff. d.

ff. d. act. rer. am. l. f. C. d. Fideicom. NIC. ad Proc. P. i. c. 39. n. 8. etiam si
 (1) *fit Clericus, juxta c. 5. X. d. Jur. am. calumn.* ne sub fiducia immuni-
 tatis in causa sua adversarium iurejurando oneret. Dn. SWEND *ad*
Fib. Proc. p. 759. UMM. ad Proc. Diss. 12. n. 37. conf. GONZAL. TELLEZ.
ad. c. f. X. d. jur. am. calumn. n. 7. (2) alieno nomine litiget, ut Tutor Cu-
ratorve, is enim causæ notitiam habet & à suspitione temerita-
 tis merito se liberat. *a. l. 5. C. d. R. C. j. l. 2. §. 2. C. d. jurej. propt. calumn.*
dand. BERL. P. I. Concl. 31. n. 15. CARPZ. Dec. 37. quamvis sit Curator
litis. Dn. BERG. ad O. P. S. b. t. Obs. 9. p. 588. Quod si verò ipse delati-
onem non fecerit, sed Pater pupillorum, eundem invitum jura-
re non teneri, sed pupillum majorem factum. a. l. 4. ff. d. in lit. jur.
visum Fac. Jur. Lips. Mens. April. 706. idemque, finita cura minoris
per illum majorem ætatem, observatur. a. l. 1. l. 3. C. quand. ex fact.
ut. l. 4. §. 1. ff. d. re jud. Dn. Riv. ad b. t. en. 41. (3) causa sit universita-
ris, illa enim J. Sax. El. per 3. vel 4. personas ex universitate jurat. a.
P. i. C. El. 13. ibique CARPZ. d. 4. NICOL. ad Proc. P. i. c. 39. n. 12. sed Jure
Communi per majorem vel idoneam partem universitatis. l. 2. §. 5.
C. d. jurej. propt. cal. dand. l. 97. ff. d. cond. & dem. j. l. 14. ff. admunic.
vel Syndicum, cui ea potestas legitimè data est. a. c. 4. X. d. jur. ca-
lumn. l. 13. §. 13. ff. d. damn. inf. j. o. f. d. jur. cal. in O. R. I. d. A. 1654. §. 43.
BERL. P. I. C. 31. n. 23. (4) is, qui conscientiam per probationem non de-
fendit, ad juramenti per solutionem regrediatur. a. O. P. S. t. 18. §. 6. j. l. 8.
ff. d. publ. in rem act. N. 2. c. 3. CARPZ. Proc. t. 12. a. i. n. 61. seqq. (5) ille,
qui juramentum principale præstare debet, baud declaraverit, utrum
Jurare velit nec ne. a. l. 37. ff. d. jurej. NICOL. ad Proc. P. i. c. 39. v. 10. u-
bi præj. imò etiam pars una, altera conscientiam per probationes
defendente, vel simili ex causa, ad juramenti calumniæ præstatio-
nem anticipando, judicis arbitrio, admitti potest. a. l. 29. C. d. pact. l.
32. ff. d. usur. Dn. Riv. ad b. t. en. 45. Dn. BERG. ad b. t. Obs. 9. not. 2.
(6) hic, qui Jusjurandum detulit, vivis excesserit: nam ipsius hæ-
redes de credulitate jurare tenentur, ne ab ipsis, juramenti delati-
one frui cupientibus, onus coharens declinetur. a. l. 34. §. 4. ff. d. ju-
rej. & ex hæredum persona obligatio ad præstationem Jurisju-
randi calumniæ mutetur. a. l. 2. §. 2. ff. d. P. O. quam sufficit ita altera-

præstandum est etiam
 & (2) Clerico.

(2) Tutor. & Curator.

Exceptio.

(3) ab Universitate J.
 Sax. El. per 3. vel 4.

Jur. Comm. etiam per
 Synd.

(4) is, qui conscient.
 per prob. non def. ad jun.
 regrediatur.

(5) pars animum præ-
 standi princ. jur. decla-
 rare nolit.

(6) mortuo deferenti
 successerit heres, qui de
 credulitate jurat.

ri, ut de credulitate saltem juretur, ob probabilem veritatis ignorantiam. *a.l. 42. ff. d. R. J.* atque sic pron. *Fac. Jur. Lips.* Mens. April. A. 1706 in C.A.C.G. und Cons. *Sl. 3:* H.N. St. nachgelassene Kinder. *Wesl.* verbis: und sie alsdenn solchen Eyd de credulitate zu schwe- ren schuldig, conf. *Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1329.* *Dn. BERG. ad O.P. S. T. 18. not. 4. p. 586. seq.* *NICOL. ad Proc. P. 1. c. 39. n. 14. inf.* conf. *SETSER. d. Juram. i. l. c. 14. n. 8. l. 3. c. 3. n. 46.* *Diff. BERL. P. 1. Concl. 31. n. 25. (7)*

(7) Juramentum calumniae generale fuerit praestitum.

Juramentum calumniae generale praestiterit, nam specialis suspicio malitiae, ex delatione Juramenti praesumta, hoc casu removenda est. *a. c. 2. d. jur. cal. in 6. l. 34. §. 4. l. 37. ff. d. jurej. j. l. 44. §. 4. ff. fam. herc.* *SETSER. d. Juram. l. 4. c. 5. n. 19.* *CUJAC. ad N. 49. c. 3. inf. p. m. 592.*

Cessat juram. calumniae (1) in Parentibus & Patronis.

RAUCHB. Part. 1. q. 11. n. 5. seq. Cessat autem juramentum Calumniae (1) in Parentibus & Patronis, quibus hoc Jusjurandum, quia deficit Calumniae suspicio, à lege remittitur. *l. 8. §. 5. ff. qui satisd. cog. l. 16. ff. d. jurej. l. 13 §. 14. ff. d. nov. op. nunc. l. 7. §. 3. ff. d. obseqv. par. & patr. pr. sl.* *CARPZ. P. 1. C. 4. l. 12. d. 24.* *CUJAC. l. 9. Obj. 37.* *BORCH. d. jurejur. c. 7. n. 23. O. l. 34. §. 4. ff. d. jurej. cujus correctionem si evitare velis, licebit affirmare juramentum à parte litigante neque parenti neq; Patrono remitti, adeoque illius gratiam non fieri. l. 6. ff. eod. cum ipso jure, auctoritate legis, exigi nequeat, de quo dictum est *Programm. I. de Remiss. Juram. calumniae & c. Vol. Dissp. annexo.* Et*

adeoque etiam in matre.

quoniam Parentis nomine mater quoque comprehenditur, *l. 51. ff. d. V. S.* ac rationis paritas id postulat. *a. l. 4. ff. d. curat. fur. l. 6. ff. d. in jus voc.* mater ab ista jurandi necessitate immunis declarata est in *Fac. Jur. Lips.* Mens. Sept. A. 1699. (2) in Controversiis inter Vasallum & Dominum directum pendentibus, siquidem dominum à Juramento Calumniae absolvit reverentia eidem debita ratio, & optima fidei praesumptio. *a. II. f. 33. §. 1. j. II. f. 6.* mutuaque est ad fidem, candorem affectumque inter Vasallum & Dominum obligatio. *II. f. 26. §. Domino. II. f. 6. 58. d. text. II. f. 33. §. 1. j. l. 1. ff. quod quisque jur.* *RITTERSH. Partit. feud. l. 2. c. 9. q. 29.* *LUDW. d. feud. c. ult. p. 419.* *BITSCH. ad II. f. 33. §. in quibus verb. sextò. p. m. 587.* *Diff. CARPZ. Dissp. feud. 8. tb. 8. conf. GEORG. SCHULTZ. Syn feud. c. 12. n. 51.* (3) si urgeant juramenti calumniae, semel in causa simpliciter praestiti, re-
petitio-

(2) in Controversiis inter Vasallum & dominum directum.

petitionem confortes litis, qui diverso tempore principale juramentum præstant, ad evitandam minus necessariam jurisjurandi reiterationem. *a. l. 14. §. 1. ff. ut legat. vel fideic. serv. caus. cav. Dn. RIVIN. ad O. P. S. t. 33. en. 14.* ita pronunc. *S. C. P. L. Term. Crucis. 707.*

XVII. *Juramentum Calumnie non ante præstandum est, quam exigatur. O. P. S. T. XVIII. §. nachdem. VI. l. 34. §. 4. ff. d. jurej. ex quo liquet, illud, non facta ejus exactione, remissum censi. CARPZ. P. 1. C. 12. d. 23. n. 3. seq. WESENB. ad Cod. t. d. jurej. propt. cal. dand. n. 5. sed quia certus, intra quem exigi debeat, Terminus neque Jure Civili neque Saxonico Communi est determinatus, idem petere permittitur, quamvis juramentum principale (1) per sententiam, qua transit in rem judicatam, injunctum fuerit, atque in ea jurisjurandi calumnie mentio facta non sit. d. §. VI. CARPZ. Proc. t. 12. art. 1. n. 31. seq. HILLIG. ad Don. l. 24. c. 21. lit. c. quandoquidem deficiente obligatione nulla ex eadem creditur admittenda esse mora. a. l. 127. ff. d. V. O. &, ad certum tempus haud adstricta quodocunque peragi queunt. a. l. 40. d. contr. emt. aut (2) ab eo, cui delatio facta, acceptatum. d. §. VI. a. l. 37. ff. d. jurej. RAUCHBAR. Part. 1. q. 10. n. 16. seq. JASON. ad l. jusjurandum. 34. §. qui jusjurandum. 4. n. 1. aut (3) pars juratura citationem ad videndum jurari petierit, sed adversarium ad juramenti calumnie persolutionem citari haud curaverit, idem verò per sententiam, quæ vires rejudicatae nacta est, impositum fuerit verbis nach vorhergehender Kl. (Beil.) Eyde vor Gefahrde: tum enim, cessante obligatione ex citatione, non perit obligatio ex rejudicata, præcipue quia hoc modo proximè ad jus Civile acceditur, quod, ante præstationem juramenti principalis, de calumnia jusjurandum semper exigipatitur. a. l. 34. §. 4. ff. d. jurej. l. 37. ff. eod. j. c. 8. X. d. consuet. Dn. BERG. ad O. P. S. b. t. Obs. 9. Dn. RIV. ad eund. tit. en. 40. Judex quoque re integra ex Officio juramentum calumnie, ad præcludendam malitiæ viam, & removendam suspicionem malam, imponere haud prohibetur, usu quotidiano teste. a. l. 11. §. 1. ff. d. act. rer. am. j. l. 37. ff. d. legib. CARPZ. P. 1. C. El. 12. d. 23. n. 6. ZIEGL. ad O. P. S. b. t. verb. es werde. p. 119. Quoties autem*

(3) quoad reiterationem, ob confortes, cum semel est simpliciter præstitum.

Juram. Calumn. præst. si exigatur.

etiam (1) cum sententia injunctum est jur. prin. & jur. cal. haud facta mentio.

(2) post acceptat. jur. principale.

(3) deferente ad præst. jur. calumn. non citato, eodem tamen per sententiam imposito.

(4) J. Sax. El. quando adversarius pretermis-
sum in sententia juramen-
tum calumnia per cita-
tionem postulabit.

Jur. Civ. ista citatione
opus non est.

Quando ad jur. calumn.
prestat. citatus non
comparet vel jurare re-
cusat, jur. princ. pro
prestitio habetur.

nisi contumaciam ex ju-
sta causa purget.

Jur. Calumn obtinet in
Juram. a parte delato
tantum.

(4) *sententia necessitatem de calumnia jurandi baud imposuit, is, qui principale juramentum dicturus est, curare debet, ut adversarius non tantum ad audiendum illud jusjurandum, sed etiam ad prestationem juramenti calumnia, expresse citetur, nisi velit hoc remississe videri.* O. P. S. b. t. §. nachdem VI. in quo Jus Sax. El. à Civili recedit, saltem juramenti calumniae exactionem, non præcise hanc citationem, desiderante. l. 34. §. 4. l. 37. ff. d. jurej. Caterùm si deferens, post legitime exactum calumniae juramentum, emissamque, ad praestationem illius, citationem non comparuerit, vel istud jusjurandum, sine justa causa, recusaverit, principale juramentum pro prestito habendum & per sententiam declarandum est. O. P. S. T. XVIII. §. nachdem. VI. P. 1. C. El. 12. §. f. sic judicavit S. C. P. L. Term. Cruc. 707. Quæ poena contumaciae, non comparentis in termino jurandi & ad jurisjurandi calumniae per solutionem obligati, convenit. a. LR. l. 1. art. 11. nec iniquum est conditionem jurandi, quoties per adversarium stetit, quo minus adimpleretur, pro adimpleta accipi. a. l. 39. l. 161. ff. d. R. J. l. 24. ff. d. cond. & demonstr. cum etiam Jus Civile non præstantem jusjurandum calumniae remittenti juramentum similem esse ostendat. l. 37. ff. d. jurej. CARP. P. 1. C. El. 12. d. 28. nisi contumacia ex justa causa purgari possit. a. LR. l. 1. art. 11. verb. es benehyme ihñ denn ehehaffte Noth/die er erweisen möge. j. Dec. El. 18. verb. im Fall. probabilem enim absentiae aut recusationis. b. t. §. 6. (v. g. cum ambiguum est an non jur. calum. remissum censeatur) causam deducens audiendus est. a. l. 2. §. 1. seq. ff. si quis caut. in jud. sist. caus. fact. Dn. RIV. ad b. t. en. 43. 44. PHIL. ad Dec. El. 18. Obs. 3. n. 5. seq.

XVIII. Hoc autem Jusjurandum calumniae tantum in juramentis à parte parti delatis obtinet, non à jure aut judicis officio impositis. O. P. S. T. XVIII. §. es hat aber. VII. Jus enim & J. dex calumniae suspicione carent, adeoque eam removeri necesse non est. Neque huic sententiae refragatur P. 1. C. El. 12. verb. welcher den Eyd vor Gefährde schweren soll: nam ista verba de Juramento facto partis delato saltem accipienda sunt. a. b. §. VII. siquidem illa in-

interpretatio juri ejusque rationi est convenientissima. *a. l. 67. ff. d. R. J. CARPZ. P. 1. C. El. 12. d. 25. BERL. P. 1. Concl. 31. n. 31.* Itaque non in Juram. imposito a Judice aut Jure : ut
 cessat Juramentum Calumniæ injuncto (1) Juramento Suppletorio & purgatorio. *CARPZ. d. l. Berl. c. l. NICOL. ad Proc. P. 1. c. 39. 1. Supples. & Purg.*
n. 14. (2) Juramento Diffessionis Scripturarum s. Instrumentorum. *a. O. P. S. t. 24. §. weiles auch. CARPZ. d. C. d. 27. NICOL. d. l.*
 (3) Jurejurando, Documentorum Editionis declinandæ gratia *3 pro Edit. docum. declinanda.*
 præstando : *Dass er das Document sub B nicht habe/noch geführlicher Weise von abhanden kommen lassen/ a. l. f. C. d. fid. infirm. O. P. S. T. 26. §. Wann ein Part. 1. CARPZ. l. 3. Resp. 77. n. 17. seq.* (4) Juramento minorationis. *a. O. P. S. t. 31. §. 1. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. c. 2. n. 269. p. 552.* (5) Jurejurando, Specificationis hæreditariæ corroborandæ gratia perfolvendo, sive nullum sive non legitimè confectum sit inventarium. *a. ER. l. 1. ad. Dec. El. 57. 21. l. 22. §. 10. C. d. jur. delib. MEV. P. 6. Dec. 216. n. 2. seq.* Sed hoc juramentum ab hæredis hærede, etiam de credulitate, exigi non potest, ob præsumtam ignorantiam. *a. l. 42. ff. d. R. J. deficientem doli suspicionem & cessantem juris dispositionem. CARPZ. l. 6. Resp. 66. HART. PIST. Obs. 137. RICHT. dec. 58. n. 22. seq. BERL. dec. 160. n. 20. conf. BRUNN. ad l. 22. C. d. jur. delib. n. 42* in quam sententiam resp. *Fac. Jur. Lipsæ Menf. Aug. A. 1699.* quoniam verò cavendum est, ne hæc occasio-
 ne ex bonis hæreditariis illicitè locupletetur hæredis hæres, ur-
 gentibus tamen cir-
 cumst. res alienas hære-
 des ultteriores indicare
 ac desuper jurare tenentur.
 gentibus circumstantiis, eundem onerare licebit juramento ad
 indicandas res hæreditarias, quas tales esse novit, tendente. *a. l. 22. §. 10. C. d. jur. del. admilla* igitur est formula : *Dass/ so viel ihm B. wissend/ er gläube und davor halte/ dass von dem von C. hinterlassenen Vermögen unter seines Vaters S. Verlassenschaft/ ein mehreres/ als er angezeiget/ nicht begriffen/ in Appell. Jud. Term. Hybern. 1704. Dn. BERG. ad b. 1. Obs. 6. not. 8. p. 555.* Interim si is, qui documentum editionem postulat, adversario speciale juramentum, de eo, quod ista documenta habeat, deferre velit. *O. P. S. t. 26. Cum speciale juram. ob edit document. postulat. vel propter omisse invent. defertur, juram. de calumnia.*
S. es soll auch. aut confecto inventario, quod præsumitur esse legitimum, in eo quid omissum esse arguatur, atque propterea jura-

menti delatio suscipiatur, ratio, à necessitate jurandi de calumnia liberans, deficiet. *a. b. §. VII. RAUCHB. P. 1. q. 11. n. 41. MOLL. SEM. l. 2. c. 14. n. 4. CARPZ. P. 1. C. 12. d. 26. n. 6.*

Juramenti relatio describitur.

fit ab eo, qui transigere potest.

persone, quæ delationem fecit, etiam Tutori vel Curatori.

imit.

Hæredi quoque quando juram sciens & not. delat.

nisi relaturus habeat melior facti notitiam.

XIX. Nunc ad Juramenti Relationem convertimur, qua is, cui juramentum litis decisorium in judicio ab adversario est delatum, hoc eidem refert, ut jusjurandum præstare cogatur. *a. l. 38. ff. d. jurej. l. 34. §. 7. 8. ff. cod. l. 9. C. d. Reb. cred. c. f. X. d. jurej. II. f. 33.* Atque ista relatio jurisjurandi suscipitur à personis, quibus juramentum est delatum pro qualitate negotii. *O. P. S. T. XVIII. §. ferree. VIII.* scilicet in facto communi aut alieno. Proinde in referente transigendi facultatem requirimus, cum detur deferenti in suam utilitatem jurandi licentia, ejusque jusjurandum probationis vicem subeat. *a. l. 25. §. 1. ff. d. constit. pec. LAUTERB. Dissert. de Relat. jurisj. tb. 12. seq. & ab his, qui delationem fecerunt, sit præstandum; itaque Tutores & Curatores, quod detulerunt, relatum defugere nequeunt, sed istud perolvere tenentur: imputent enim sibi, quod delationem fecerunt. a. l. 34. §. 7. j. l. 37. ff. d. jurej. l. 7. §. 1. ff. qui satisd. cog. j. l. 4. ff. d. in lit. jur. CARPZ. P. 1. C. El. 12. d. 13. ANT. FAB. in C. l. 4. t. 1. d. 20. n. 3. BERL. P. 1. Concl. 32. n. 49. modò veritatem perspectam habeant, aut de credulitate jurent. a. l. 35. ff. d. jurej. BRUNNEM. ad d. l. n. 3. LAUTERB. d. Dissert. d. Relat. jurisj. tb. 33. Hæredes etiam, quando delatio juramenti à defuncto suscepta, undas factum ins Gewissen auch Wissenschaft und Wohlbewusst gestellet/relatum jusjurandum detrectare non possunt. a. l. 34. §. 7. ff. d. jurej. CARPZ. P. 1. C. El. 14. d. 10. nisi forte causa concernat factum ejus, qui jurare delatum debet, proprium, aut alienum, cujus ipse meliorem habet notitiam quàm hæredes aut alii, à quibus juramentum est delatum: nam nihil æquius quàm tunc optima notitia instructum, ut quoad fieri potest cognoscatur veritas, ad jurandum compelli & jurisjurandi relationem denegari. a. l. 34. pr. §. 8. ff. d. jurej. j. l. 11. §. 2. 3. l. 13. ff. d. act. rer. amot. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. n. 637. p. 1361. UMM. ad Proc. Disp. 14. n. 51. FRANZK. ad p. t. d. jurej. n. 112. conf. MENOCH. d. A. 7. Q. l. 2. cent. 2. cas. 189. n. 7. 8.*

7. 8. atque sic pron. *F. 7. L. Mens. Mart. 705. it. Mens. Jun. d.*
 A. Diff. BORCH. *d. jurej. c. 7. n. 22.* Versatur autem Relatio jurisjurandi circa juramentum à parte in judicio parti delatum, autoritate juris, quamvis specialiter haud reservetur.
a. l. 12 §. 1. C. d. reb. Cred. j. l. un. C. d. thesaur. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1357. non verò circa jusjurandum à Lege vel Judice impositum: nam Judex e. g. Suppletorium vel Purgatorium injungit veritatis, quæ deducenda est, cognoscendæ gratia. *j. l. 34. §. 7. ff. d. jurej. & lex obsequium præcisè exposcit. a. c. f. X. d. jurej. j. l. 1. §. 1. ff. d. fer. LAUTERB. Dissert. d. Juram. Relat. tb. 46. seq.* Obrinet ista Relatio regulariter in omnibus causis, in quibus delatio locum tuetur. *a. l. 9. C. d. Reb. Cred. l. 38. ff. d. jurej. LAUTERB. d. Dissert. tb. 57.* etiam famosis, quando in iis civiliter agitur, siquidem. *a. c. f. X. d. jurej. j. l. 28. §. 9. ff. eod. saltem reo, sui facti intuitu, relatio prohibetur. a. l. 11. §. 2. 3. l. 13. ff. d. act. rer. amot. HILLIG. ad Donell. l. 24. c. 21. lit. p. BRUNNEM. Proc. Civ. c. 23. n. 13. conf. SETSER. d. juram. lib. 4. c. 6. n. 11. Diff. GONZALEZ. TELLEZ. ad c. f. X. d. jurej. n. 2. BERL. P. 1. Concl. 32. n. 47. in matrimonialibus autem contra matrimonium referre jusjurandum illi, qui pro matrimonio jurare debebat, haud permittitur, nisi usus fori quoque adversus matrimonium jurare permittat, de quo actum est *Disp. b. tb. 8.* Interim pro parte jusjurandum acceptare aut conscientiam per probationes defendere, pro parte verò jurisjurandi relationem facere licet, dummodo puncta sint separabilia, de quo judex ex circumstantiis arbitratur. *a. l. 11. §. 1. 2. ff. d. act. rer. amot. j. l. 23. ff. d. usurp. & usuc. l. 34. §. 8. ff. d. jurej. Dn. MART. ad O. P. S. b. e. & §. 8. n. 78. ANT. FAB. in C. l. 4. t. 1. d. 19. n. 11. seq. nec non de juramenti relati formula. d. l. 34. §. 8. ceu monitum est *b. disp. §. 15.* admissus igitur actor relatum juramentum præstiturus de minore quantitate, ut suæ consuleret conscientia, cum reus in delatione majorem summam expressisset. *a. l. 27. §. 3. ff. d. recept. qui arb. rec. in S. C. P. L. Term. Remin. 705. in C. J. G. T. 3. C. S. v. H. verbis: Daß Kl. Principal, des beschenehen Vorwendens ungeachtet/ zu***

Relatio jurisj obrinet in Jur. à parte delato, non à lege vel Judice.

etiam in causis famosis civiliter motis.

non in matrimon. contra matrimon.

exc.

licet quoque jusjur. pro parte referre.

de formula arbitratur Judex.

Ablegung des referirten Eydcs/ seiner Erklärung nach/ billig zugelassen wird.

Jure Civil. non est determinatum tempus Relat. juram.

Sed Jur. Sax. El. fieri debet vel ante sentent. vel post eam per mod. Leut. aut referbat.

deserens juram. eodem relato J. Sax. de Calumn. & princip. jurat.

XX. Tempus certum Relationi Jurisjurandi non est definitum Jure Civili; unde illa suscipi potest vel statim facta delatione, etiam ante interlocutoriam Judicis sententiam, vel post eam. *a. l. 34. §. 7. ff. d. jurej. l. 12. §. 1. C. d. reb. cred. & jurej. l. 44. §. 1. ff. d. O. & A. l. 5. ff. d. probat.* LAUTERB. *Dissert. de Relat. jurisj. th. 98.* Sed *Jure Sax. El. Juramenti Relatio fieri debet vel ante sententiam, quae jusjurandum imponitur, vel post eam, sive intra decendum, per modum Leuterationis (Appellationis) in ipsa Leuteratione (Appellatione. BERL. P. I. Concl. 32. n. 56.) sive per modum reservationis (quahodie fieri solet in sententia, parte licet non petente ex officio, teste observantia. Per illustr. Dn. BORN. Disp. ad Univers. Jus Jud. Comm. & Sax. th. 67. lit. g. CARPZ. Proc. t. II. art. 4. n. 19.) dummodo hoc casu intra octiduum, à tempore rei judicata, declaret is, cui juramentum est delatum, utrum juramentum deferre an jurare vel conscientiam suam per probationes defendere velit, aliàs ad relationem amplius non admittitur. O. P. S. T. XVIII. §. ferner VIII.* Itaque, cum litigans probatione conscientiam defendere coepit, eidemque postea renunciavit, frustra tunc demum relationem jurisjurandi, quoad facta aliena, suscipere tentat, ceu resp. in *F. 7. L. Mens. Jan. 704* pariter quando reus, jurare per sententiam jussus, ab illa, tanquam gravatus, provocat, & deferens juramentum actor, pendente Appellatione, decedit, ejusdem heredibus jusjurandum referri nequit, sed, sententia priori confirmata, reus jurare cogitur. BERL. P. I. Concl. 32. n. 53. Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 1362.* NICOL. *ad Proc. P. I. c. 43. n. 10.* qui casus hodie rarò emergit, quoniam Judex in sententia parti relationem reservare assolet, atque tum ista declaratione, quod is, cui jusjurandum delatum, illud pro lubitu referre velit, opus non est. Dn. Riv. *ad O. P. S. b. t. en. 54.* Quod si autem, exacto impostico juramento calumnie, jusjurandum legitime referatur, deserens & juramentum calumnie & principale prestare tenetur. h. T. d. S. ferner VIII. CARPZ. P. I. C. El. 4. d. §. id quod ita exprimi solet: Daß n den ihm re-

referirten Eyd/ nebst dem vor Gesehrdte / und also beyderley Eyde zugleich/ zu schweren schuldig / at idem Jure Civili nullibi est cautum, quandoquidem deferens juramentum satis amolitur calumnia suspicionem, dum relatum praestat jusjurandum. *a. l. 34. §. 7. l. 37. ff. d. jurej.* HILLIG. *ad Don. l. 24. c. 21. lit. r.* BRUNNEM *Proc. Civ. c. 23. n. 17.* LAUTERB. *ad π. t. d. jurej. th. 68.* FRANZK. *ad π. d. t. n. 116.* referentemque à necessitate jurandi de calumnia absolvit, eò quod viam, quam deferens elegit, persequitur. *l. 34. §. 7. ff. d. jurej.* Qui sine justa causa relatum recusat perfolvere jusjurandum, si est actor, reus absolvitur, si reus, idem condemnatur, perinde ac si actor juramentum delatum praestitisset. *a. l. 12. §. 1. C. d. reb. cred. l. 34. §. 6. ff. d. jurej.* atque tùm cessat facultas conscientiam per probationes defendendi: non enim displicere debet conditio jurandi huic, qui juramentum detulit. *l. 34. §. 7. ff. eod. P. 1. C. El. 14.* CARPZ. *add. C. d. 4. BERLICH. P. 1. Concl. 33. n. 11.* At ista obtinent, quando hoc jusjurandum totam causam concernit, & illi finiendæ sufficit, ubi non audiendus est reus, cùm exceptiones litis contestationi annexas probare, atq; sic à condemnatione se liberare, cupit: nam controversia per jurisjurandi viam decidenda est. *a. l. 34. §. f. ff. d. jurej.* LAUTERB. *Dissert. de Relat. juram. th. 108.* atque sic respond. *F. J. L. Mens. Aug. A. 703. Dn. Riv. ad h. t. enunc. 62.* Verùm quoties jusjurandum relatum incidens saltem ferit punctum, ejus intuitu, qui jurare debuit, & jusjurandum injustè recusavit, juramentum defuerisse censetur, ac pro confesso habetur. *a. l. 34. §. 6. f. ff. d. jurej. l. 12. §. 1. 2. C. d. reb. cred. CARPZ. l. 6. Resp. 120. n. 1. 3. LAUTERB. ad π. t. d. jurej. th. 67.* Vicissim, relato jurejurando ritè praestito & actionem exhauriente, pronuntiatur definitivè, alias interlocutoria fertur: *Dieweil C. den ihm referirten Eyd geschworen/ so hat es das bey sein Bewendert.*

XXI. Quamvis Jure Communi ad præparandam præstationem jurisjurandi saltem voluntatis conveniens declaratio requiratur, eademque fatali certo haud astringatur, sicuti nec ipsa præstatio, quæ statim post delationem fieri debebat regulariter. *a.*

quod Jure Civili cautum non est.

cum actor sine causa recusat juram. relatum, reus absolvitur, si verò reus, is condemnatur.

quando jur. relat. totam causam concernit,

nec potest reus except. lit. cont. annexas probare.

Jure Communi declaratio juraturi & præstatio juramenti certo fatali adstricta non est.

7 Sax. El. tamen.

Fatale oblationis & petend. citat. describitur.

requiritur (1) sententia late sic dicta.

cujus vice etiam est conniventia judicis.

(2) Jusjurandum delatum vel relatum ante sententiam.

l. 5. §. f. ff. d. jurej. l. 34. ff. eod. l. 11. l. 12. C. d. reb. Cred. & jurej. FRANZK. ad π. t. d. jurej. n. 90. seq. DUAR. ad eund. c. 13. LAUTERB. d. Differ. Jur. Comm. & Elect. Saxon. th. 12. Jure tamen Sax. El. studium evitandi periculum perjurii Fatale (1) oblationis & petendæ citationis. (2) termini præstationis peperit, idque nunc considerari, ordinis ratio imperat. Ubi describere licebit *Fatale Oblationis & petendæ citationis*, quod sit spatium octidui, post decendum, à publicata sententia computandum, currens, intra quod is, cui juramentum est impositum, ad illius præstationem se offerre, adversariumque ad videndum jurari & præstationem juramenti calumnia, quando hoc persolvendum est, legitime citari petere debet. P. 1. C. El. 12. O. P. S. b. T. §. Wenn nun. IX. vid. formula apud Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 589. n. 286. LANG. Isag. ad Proc. c. 45. n. 22. seq. Requiritur igitur (1) *Sententiam Judicis*, qua juramentum injungitur. A. l. 12. §. 1. C. d. reb. cred. late sic dictam, ita ut neque arbitrium arbitri compromissarii. l. 19. §. f. ff. de recept. qui arb. recep. neque decretum judicis excludamus. Dn. BERG. ad b. t. Obs. 7. not. 1. & solet per interlocutoriam plerumque jusjurandum imponi. a. d. l. 12. §. 1. C. d. reb. cred. j. l. 9. C. d. sent. & interl. l. 6. §. 3. ff. d. bis qui not. inf. quod si verò jusjurandum Judex, post delationem, admittat, idque judicialiter præstari patiatur, patientia hæc & conniventia vice decreti erit. a. c. 6. X. d. renunciat. l. 3. ff. d. jurej. l. 18. ff. mand. CARP. l. 3. Resp. 52. n. 3. it. P. 1. C. El. 12. d. 34. (2) *Jusjurandum, in quo oblatio sit necessaria, quale est juramentum delatum vel relatum.* O. P. S. T. XVIII. §. Wenn nun. IX. quod, post factam relationem, per sententiam est injunctum; tum enim currit fatale à tempore rei judicata, quoties autem, post sententiam demum aut decretum, relatio juramenti suscipitur, cessat fatale octidui, ad sententiam eo nomine latam restrictum. a. d. §. 9. hinc, cum juramenti relatio isti, cui relatum erat, notificata fuisset, & Judex, præfigendo terminum jurandi, partem prævenisset, in Fac. Jur. Lips. Mens. Jan. 701. nec non in casu, quo referens illum, cui fecerat relationem, ad præstationem juramenti relati & calumniæ citari curava-

verat, & iudex citationem emiserat propter prætermisam oblationem iuramentum non esse desertum pronunciatum est in *Supr. Cur. Prov. Lips. Term. Luc. A. 701. in C. H. N. N. :/ G. v. N.* verb. daß/ des beschehenen Vorwendens ungeachtet / Kl. Principal zu Abschwerung des referirten Eides/nach der abgefasseten Notul, billich zugelassen wird. *B. N. W. Conf. Dn. BERG. ad O. P. S. b. t. Obs. 8. p. 508. Dn. Riv. ad b. t. en. 53. Necessaria etiam est Oblatio in Juramento Purgatorio, item Suppletorio. O. P. S. b. T. §. IX. Dec. El. 70. sicuti pron. Fac. Jur. Lips. Mens. Jun. 707. non tamen in reliquis Juramentis Legalibus, ne pereat, sub obtentu hujus negligentia, veritatis cognoscenda via. d. Dec. ut in Juramento (1) Matritie. Dec. El. 70. in f. PHIL. ad d. Dec. Obs. 2. (2) Editionis Documentorum intuitu præstando, quo asseveratur jurantem ea nec possidere nec dolo possidere desiisse. l. f. C. d. fid. instrum. O. P. S. t. 26. CARPL. P. 1. C. El. 12. d. 17. n. 2. (3) in litem. a. l. 5. §. 1. ff. d. in lit. jur. & Zenoniano. a. l. 9. C. unde vi. Dn. BERGER, ad b. t. Obs. 8. pag. 567. Diss. BRUNNEMANN. cent. 4. Dec. 51. (4) Documentorum noviter repertorum nomine persolvendo juxta O. P. S. t. 24. ceu resp. Fac. Jur. Lips. Mens. Nov. A. 700. Conf. Dn. BERG. c. l. Dn. Riv. ad b. t. en. 113. (5) Specificationi confirmandæ adhibendo. vid. Dec. El. 57. PHIL. ad Dec. El. 70. Obs. 2. n. 26. sicuti pron. in Fac. Jur. Lips. Mens. Dec. A. 700. Mart. A. 701. (6) Diffessionis O. P. S. t. 25. §. weil es auch. Dn. Riv. ad b. t. enunc. 114. quemadmodum est visum Fac. Jur. Lips. Mens. Jun. A. 700. (7) Minoracionis. a. O. P. S. t. 31. (8) Perhorrescentie. a. c. 11. §. cum verò. d. Rescript. in 6. Dn. BERG. b. t. Obs. 8. Interim specialiter à Prescriptione obidivana eximuntur Cause Matrimoniales & Criminales. O. P. S. T. XVIII. §. wenn nun. IX. in f. tanquam gravissima, in quibus, propter omisam oblationem, pœnam desertionis non observari visum: nam favor probandi matrimonii, cum jusjurandum vice probationis sit. a. l. 11. §. 3. ff. de jurej. c. 2. X. d. probat. propter neglectum hujus fatalis, facultatem eruendi jurejurando*

aut injunctum Jur.
Purgat. vel Supplet.
in reliquis Juramentis
Legalibus non obtinet.

Exempla.

meque in Causis Matrimon.

6. mulieris hanc
victuam idcircoque
victuam hanc

aut Criminalibus.

cautela iudicis injung.
jurandi necessitatem
sub poena confessi.
Hæ exceptiones etiam
obtinens neglecto Ter-
mino jurandi.

Oblatio ad jur. fit vel à
Principali vel per Proc.
Special. mand. instru-
tium.

Principal. etiam verbis
in judic. obl. facere
potest.

Currit Oñtidium à
tempore rei judicate
etiam (1) virtualiter
talis.

rando veritatem haud extingvi desideravit. *n. l. 7. X. d. sent. & re jud.* sive delatum. *a. c. f. X. d. transact.* sive aliud juramentum, veluti purgatorium, fuerit impositum. *CARPZ. P. 2. C. El. 12. d. 16. PHIL. ad Dec. El. 18. obs. 6.* In causis criminalibus innocentia deducenda studium desertionis poenam impediri jussit. *d. §. IX. a. l. 5. ff. d. poen. CARPZ. ad P. 1. C. El. 12. d. 15.* Ne verò rei infinitas, protraheudo actum jurandi, ne tant moras, consultum est, iis tergi-versantibus necessitatem præstandi purgatorium per sententiam, sub confessi poena, injungi, ceu factum in *Fac. Jur. Lips. Mens. Dec. 702. & Mens. Aug. 706. Jan. 707.* Atque istæ exceptiones non tantum prætermisssa oblatione ad jurandum intra oñtidium, sed etiam neglecto Terminò jurandi, locum habent. *O. P. S. b. t. §. IX. a. l. 32. ff. ad L. Aquil. PHIL. ad Dec. El. 18. obs. 5. 6. 7. Dn. BERG. ad b. t. Obs. 8. p. 567.*

XXII. Supra dicta ad jurandum oblatio expeditur vel per ipsum Principalem, quamvis sit Mulier, *vid. Disp. Proc. VI. O. P. S. ad Tit. VIII. §. 8. n. 5.* vel per alium ejus nomine, speciali manda-to instructum, propter haud leve negotii momentum, quod oblatio continet. *a. l. 25. §. 5. ff. d. acqu. vel om. her. l. 25. §. 1. ff. d. minor. l. 17. §. 3. ff. d. jurej. CARPZ. P. 1. C. El. 12. d. 12. NICOL. Proc. P. 2. c. 44. n. 12.* quodsi igitur de eo, an mandatarius fuerit isto manda-to instructus, ambigatur, Principalis, urgentibus circumstan-tiis, suo id jurejurando confirmare, atque sic vitium desertionis imputatum purgare tenetur, id quod injunctum ipsi in *Fac. Jur. Lips. Mens. Aug. 704. j. Dn. Riv. ad b. t. en. 68.* Verum, licet ruti-sissime oblatio fiat in Scriptis, attamen, cum Jus Saxon. nullibi præcisè scripturam exposcat, & in oblatione acquiescat, susceptam in judicio verbis oblationem, cum congrua petitione citationis conjunctam, pro legitima agnovit. *a. l. 4. ff. d. pigmor. l. 5. ff. d. prob. l. 8. ff. d. publ. in rem act. Fac. Jur. Lips. Mens. Maj. A. 705.*

XXIII. Quia Fatale Oñtidium à tempore rei judicate currit. *O. P. S. b. T. §. IX.* elapso decennio formaliter vel virtualiter non impeditur ejusdem cursus, veluti quando partes mutua conven-tione

tionem sententiam pronunciatam pro re judicata agnoscunt. *a. l. 5. C. d. recept. arb. j. l. 29. C. d. pact. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 616. Dn. BERG. ad O. P. S. b. t. Obs. 7. not. 2.* aut una pars in suum præjudicium eam pro re judicata habet: ita effectum habere oblationem rei ad jurandum, cum actor nondum præstitit injunctam cautionem pro reconventionem & expensis, siquidem hanc cautionem reus remittere adeoque sententiam arbitrio suo, in odiosa hac materia, pro pura agnoscere potest, ad evitandam anticipationis poenam. *a. c. odia d. R. 7. in 6. N. 2. c. 3. bis visum est Fac. Jur. Lips. M. Febr. A. 706. conf. Disp. Proc. VII. ad T. XI. O. P. S. §. 8.* Quoties igitur à sententia injungente jusjurandum interposita est Leuteratio, OberLeuteratio vel Appellatio, illa in admittibili defertate declarata, aut, non obstante remedio hoc suspensivo, sententia priori confirmata per rem judicatam. *Mand. El. d. Oblat. ad jur. A. 1682. NICOL. ad Proc. P. 1. c. 44. n. 9. Dn. BERG. ad b. l. not. 5. p. 560.* licet remissoriales non sint publicatæ, sed remissio in sententia fuerit facta. *id. c. l. a. b. t. §. 9. verb. einer oder der andern Instanz. MARTIN. ad b. t. n. 17. seq. j. BERL. P. 1. Concl. 30. n. 10.* item, rejecta Leuteratione vel Appellatione, à tempore Signaturæ principali ejusve Mandatario &c. insinuatæ. *d. Mand. a. c. 12. 49. X. d. appell. CARPZ. P. 1. C. El. 12. d. 10. Dn. BERG. b. t. Obs. 7. not. 9. p. 562.* vel rejectionis notificatæ. *d. Mand. El. quamvis remedio suspensivo non amplius sit locus. O. P. S. b. T. §. IX. post decendum octiduum labitur.* Ex quo, publicato Rescripto rejectionis, licet deficeret appellandi potestas, computatum est Octiduum in *F. J. L. M. Febr. A. 700. Conf. Dn. Riv. ad b. t. en. 95. Dn. BERG. ad b. t. Obs. 7. n. 10.* Ubi renunciatum fuerit interpositæ Leuterationi vel Appellationi, renunciandi statim, ut judicavit *S. C. P. L. Term. Rem. A. 99. in C. J. C. F. :/ : D. J. C. St. it. Term. Reminisc. 708. Conf. Dn. Riv. ad b. t. en. 97. 98.* (ita quoque, cum renunciatum esset defensionem conscientiam intra fatale Term. Saxonici, pron. *F. J. L. M. Jun. 705.*) adversario aliisve post insinuatam notificationem, quæ sumtibus renunciantis fieri debet, octiduum currit. *d. Mand. El. d. A. 1682. in f.* Denique,

(2) post interpositam Leuterationem vel Appellat. elapso decennio à sententia declaratoria vel confirmatoria.

Post renunc. appell. Sc. renunciandi statim, aliàs post notificationem currit 8.

Appellat. remissa 8. à tempore notit. vel decendii postea elapsi computant.

cum remissa est à Superiore Judice ad inferiorem Appellatio, recordor oblationem fecisse juratorum ex tempore notitiæ, non publicatis remissorialibus, atque hæc oblatio admissa in S.C.P.L. M. Mart. A. 95. in C.B.W.B. :|: C.A.R. Conf. Dn. Riv. *ad b.t. en. 96.* item decendio à remissorialium publicatione elapso. a. O.P. S. b. §. IX. Wenn auch gleich kein *remedium suspensivum* mehr übrig wäre. conf. CARPZ. l. 3. Resp. 126. n. 21. seq. sicuti pron. F. J. L. Menf. Nov. A. 700. Solet enim rigor octidui, Jure Sax. El. sub pœna desertionis observandi, juxta æquitatis normam interpretando temperari. a. l. 90. l. 192 §. 1. ff. d. R. J. N. 2. c. 3.

Pœna Anticipationis in oblat. ad jur. est decertio.

XXIV. *Terminus octidui, oblationi ad jurandum definitus, anticipari prohibetur. O.P.S.T. XVIII. §. IX. sub pœna desertionis. a. d. S. Mand. El. d. A. 1682. verb. Wann er/ unerwartet solcher Zeit/ anticipiret/ sich daran allerdingß versäumet haben soll.* CARPZ. P. 1 C. 12. d. 11. & quamvis ruricolæ subtilitatem hanc Juris Sax. facile ignorent, frustra tamen à desertione se liberatum eunt, cum habuerint peritos consulendi facultatem. a. l. 9. §. 3. ff. d. jur. & fact. ignor. ceu pron. F. J. L. Menf. Maj. A. 700. Conf. Dn. Riv. b. t. en. 104. Interim pro anticipationem, desertionem pariente, neque habetur eventualis oblatio, pendente Appellatione vel Leuteratione, quæ postea rejicitur, suscepta ad eum effectum, ut interea decedente juraturo jusjurandum pro præstito agnoscat. Mand. El. d. Oblat. ad Jur. d. A. 1682. j. l. 8. §. 7. ff. d. cond. institut. l. f. C. ad L. Jul. repet. ita judicavit S.C.P.L. Term. Trin. A. 1694. Dn. BERG. *ad b. t. Obs. 7. not. n. p. 565. seq. conf. CARPZ. l. 3. Resp. 48. n. 25.* Dn. Riv. *ad b. t. en. 116.* neque actus oblationis anticipatus, cujus vitium postea per oblationem ad jurandum legitimam purgatur, ne utile per inutile vitietur. c. 37. d. R. J. in 6. atque sic factam oblationem ante rem judicatam non nocere pron. F. J. L. Menf. Jul. A. 700. Oct. 703. Dec. 703. Conf. Dn. Riv. *ad b. t. en. 102.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. n. 618. p. 1320.* Dn. BERG. *ad b. t. Obs. 8. p. 563.* seq. idemque obtinet, quando adversarius in anticipationem consentit: tum enim sententiam pro re judicata agnoscere & juri

etiam apud rusticos.

Non tamen habetur pro anticipat. tali (1) oblatio pend. Appell. vel Leut. qua postea rejicitur, facta.

(2) oblatio anticipata quando istam sequitur legitima.

ant in eam adversarius consentit.

juri pro se introducto, ad desertionem urgendam, renunciare videtur. *a. l. 5. C. d. recept. qui arb. rec. l. 29. C. d. pact.* Dn. Riv. *ad b. t. en. 107.* Caterum ubi a sententia, qua injuncta jurandi necessitas, appellatum, atque eadem instantia Appellationis confirmata, causaque ad priorem judicem remissa est, hic verò adeò celeriter adiri nequit, juraturo se offerre licet ad jurandum apud judicem alterutrius vel utriusque instantia. O.P.S. b. T. §. IX. itaque, cum pars coram Judice superioris instantiæ oblationem fecisset & citationem non ab eo, verum ab inferiore judice, impetrasset, vitio carere oblationem & desiderium citationis judicavit *Supr. Cur. Prov. Lips. Term. Cruc. A. 1696.* Interim hoc fatale continuo, etiam diebus feriatis. v. g. 7. Pascha præcedentibus. *l. 7. C. d. fer. j. l. 1. C. eod. ceu judicavit S.C.P. L. Term. Trin. 95.* & naturaliter currit, adeoque non totum diem octavum ad oblationem relinquere, verum eundem a momento rei judicatæ in momentum computari, fas est. *a. l. 3. §. 3. ff. d. minor. N. 23. c. 1. l. 6. ff. d. O. & A. ficuri pron. F. J. L. M. Mart. A. 704. it. Mens. April. 705. conf. Dn. Rivin. ad b. t. en. 94.*

ob periculum in mora oblatio fieri potest apud Jud. Super. inf. vel utrumque.

Et currit oblitivum continuo naturaliter.

XXV. Oblatio cum petito Citationis adversarii ad videndum jurari conjungenda est. O.P.S. b. T. §. IX. *Dec. El. 18.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. n. 513. p. 1313.* nisi iudex partem prævererit. *a. l. 14. §. 1. ff. ut leg. vel fideic. serv. Dn. Riv. b. t. en. 78.* Inde nata contentio, num præcise verba: ad videndum jurari, necesse sit usurpari, idque ad formam impetrandæ citationis pertineat, adeoque ad actum jurandi verbis: hiezupetitam esse citationem non sufficiat? Tutissimum quidem est per Verba: desidero citari adversarium ad videndum jurari, citationem postulari, quam exegit *F. J. L. Mens. Jan. A. 701.* similia reperies judicata apud Dn Riv. *ad b. t. en. 84.* sed benignior est, proptereaque præferenda contrariæ, sententia. *a. l. 192. §. 1. ff. d. R. J.* quæ citationem ad jurandi actum expositi sufficere censet, cui inhæsit *S. C. P. L. Term. Luc. A. 98. & Fac. Jur. Lips. Mens. Nov. A. 701.* cum esset scriptum: *Bittet Geantheil hiezupetitam gewöhnlich vorzuladen /* quandoquidem *Dec. El. 18.*

Citationem ab offerente se ad jurandum petiti verbis: ad videndum jurari, expedit.

Sed pro forma id non requiritur.

pr. commemorat verba: ad videndum jurari, at §. Wannaber ic. decidit formam impetranda citationis in O. P. S. definitam esse observandam, quæ voce: *hierzu* ad actum jurandi, citationem saltem peti jubet. Conf. Dn. Riv. *ad b. t. en. 83.* Dn. BERG. *ad b. t. Obs. 8. p. 569.* Verum, quia Terminum saltem jurandi, absque oblatione, postulans præfigi adversariumque citari formæ non satisfacit, juramentum pro deserto haberi posse visum F. J. L. Mens. Jan. 707. nec non, cum omissum esset petitum de citando adversario ad Terminum Jurandi, in d. F. M. Sept. 707. Equidem O. P. S. b. T. §. IX. præcipit a juraturo adversarii citationem exposulari, ut ad jurandi actum intra Terminum Saxonicum vocetur, verum, quoniam illic consequens petitæ citationis, ad officium Judicis pertinens, potissimum indicatur, non forma specialis præfigitur. d. §. j. P. I. C. El. 12. sufficere quoque desideratam citationem voce: *ehstens* visum Dn. Scab. Lipf. apud Dn. Riv. *b. t. en. 86.* neque mora Judicis, Terminum serius præfigentis, parti præjudicio cedit. *a. l. 173. §. 2. ff. d. R. J. CARPZ. dec. 193.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. n. 615. pag. 1314.* Dn. Riv. *ad b. t. en. 80.* cui nocet adhibita in ulteriore termino petendo negligentia, quando illius postulatio injuncta sub pœna desertionis, sicuti factum in F. J. L. Mens. Jan. 704. Conf. Dn. Rivin. *ad b. t. en. 111.* In Judicio Appellationum & Curiis Provincialibus Citatio ad Proximum Terminum fieri consuevit. vid. *Dber. Hoff. Ger. Ordn. zu Leipz. d. A. 1549. t. Wenn ein auffgelegter Eyd gel. istet soll werden. j. LR. l. 1. art. 10. CARPZ. Proc. t. 11. art. 3. n. 62. seq. BERL. P. I. Concl. 30. n. 6.*

Judex Citationem expedire debet intra Term. Sax.

Mora ejus juraturo non nocet.

In Jud. Appell. & Cur. Prob. juratur in Terminis Proximo.

Pœna Terminum jurandi negligentis est desertio juram.

XXVI. Hactenus de oblatione & impetranda Citatione ad jurandum. *Quod si is, qui jurare debet, Terminum jurandi, absque justa causa, negligat. LR. l. 2. art. 11. eadem est ipsius, atque oblationem ac citationis petitionem negligentis, pœna, nempe desertio. O. P. S. b. T. §. IX.* ob quam, ceu in confessum, sententia interlocutoria, quoties desertio punctum incidens concernit, vel definitiva, cum causam principalem exhaurit, fertur pro eo, cui jurari debuit. *a. l. 34. §. 6. l. 33. ff. d. jurej. l. 12. §. 1. 2. C. d. reb. cred. & jurej. vid. su-*

Supra b. 20. in f. CARPZ. P. I. C. El. 12. d. 19. NICOL. ad Proc. c. 44. n. 17. Dn. RIVIN. ad b. t. en. 76. Quoniam autem hæc desertionis

pœna valdè gravis est, eadem interpretando mitiganda venit. l.

155. §. ff. d. R. J. Non igitur illi locus est, (1) etiamsi ad jurandum

citatus hora pomeridiana compareat: totus enim dies præstati-

oni definitus censetur, licet plerumque horis matutinis, ad evi-

tandam ebrietatis suspicionem, jurari soleat, atque sic in Præfe-

cturis pronunciandum esse duxit F. J. L. Menf. April. A. 700. Dn.

Riv. ad b. t. en. 127. conf. diff. IV. ad O. P. S. T. IV. §. 8. nisi aliud loci

receperit observantia. NICOL. ad Proc. P. I. c. 44. n. 22. p. 514. ita in

Supr. Curia Provinciali nostrâ dies Mercurii, matutino tempore,

jurisjurandi persolutioni solenniter faciendæ est determinatus.

(2) Quamvis in termino jurandi reus illa, quæ negaverat in litis

contestatione, fateatur & exceptionibus eidem annexis se tueri, ad

declinandam condemnationem, cupiat: nam non major esse de-

bet hujus confessionis limitata, quàm probationis, effectus, post

quam per reprobationem exceptiones deducere permittitur. a. l.

9. C. d. except. lege jacturam exceptionum, tanquam inficiationis

pœnam, non dictante. a. c. odia. d. R. J. in 6. N. 2. c. 3. præterea jus-

jurandum speciem transactionis quidem continet. l. 2. ff. d. jure j.

at hæc inita censetur sub conditione, si juraveris. l. 5. §. 2. ff. d. jure j.

& quando juratum non est, deficit. a. l. 44. l. 55. ff. d. cond. & dem. si-

quidem transactio strictissimam interpretationem recipit. l. 3. l. 8.

§. 12. ff. d. transact. Hinc admissa est exceptionum probatio in

Supr. Cur. Prov. Lips. Term. Rem. 705. in C. C. P. und Conf. 71: J. H.

T. u. Conf. atque in eandem sententiam resp. Fac. Jur. Lips.

Menf. Aug. 705. April. 706. quodsi verò istam pœnam fori cor-

ruptio, ambagibus rescindendis serviens, admiserit, secus est. a. l.

24. ff. ad munic. l. 37. ff. de legib. conf. Dn. BERG. in Dissert. Quous-

que in Sax. El. lic. def. jusjur. coroll. 1. Dn. Riv. ad b. t. en. 129. (3) (3) si probatio jura-

Si concurrens probatio vel demonstratio præjudicium jurisjurand-

do faciat, propterea que ante, quàm juretur, expedienda sit. a. l.

21. ff. d. except. Dn. BERG. ad b. t. Obs. 10. p. 590. Dn. Riv. b. t. en. 144.

quæ non obtinet (1) ff
juraturus hor. pomerid.
comparens.

quoties aliud observans.
haud recept.

(2) quando is, qui jura-
re debet in termino
confiteatur & ad exce-
ptionum probat. admis-
si est.

nisi aliud recep. observ.

(3) si probatio jura-
mento sit præjudicialis.

(4)

(4) *rest. in integr. im-
petrata, maximi pre-
sentando, it. imped.
deducto.*

(5) *in causis criminali-
bus & matrimoniali-
bus.*
*dictatur pena desert. ob
omiss. oblat. & citat.
petit. ex officio.*

*interim oblat. iteratio-
ne opus non est,
neque pena desert. in-
tuitu neglecti termini
obtinet,*
*si (1) super formula jur.
non temere disput.*

(2) *termini prorog. am-
petrata.*

*usus nonnunquam, ju-
ram. calumnie & rela-
tum cum est prestan-
dum, hoc, adversario e-
manente, habet pro
prestato.*

(4) Quoties desertionis poena evitatur per restitutionem in inte-
grum, qua praeveniendi quoque indulgeri potest. *a.l. f. C. in quo-
taus. in integr. rest. Dec. El. 4. Dn. Riv. ad b.t. en. 91. NICOL. ad Proc.
P. 1. c. 44. n. 18. aut justii impedimenti in continenti demonstratio
fit. Dec. El. 18. (5) in causis Matrimonialibus & Criminalibus. O. P.
S. b. T. §. Wenn nun IX. CARPZ. P. 1. C. El. 12. d. 15. 16. j. dicta §. 21. Re-
gulariter autem tanto cum rigore desertionis poenae inharetur,
non facta ad jurandum oblatione & citationis petitione, ut Jux
etiam ex officio, parte nihil urgente, jusjurandum esse desertum
per sententiam declarare teneatur. *Dec. El. 18. ibique PHIL. Obs. 2.
quod ad Terminum jurandi neglectum extendendum esse non
videtur. a.l. 13. §. 2. C. d. judic. CARPZ. P. 1. C. El. 12. d. 18. Nic. ad Proc.
P. 1. c. 44. n. 18. Dn. Riv. ad b.t. en. 119. 120. Interim tamen is, qui
semel ad jurandum se ritè obtulit citationemque desideravit,
mora praestationi Jurisjurandi injecta, vel quod frustra discepta-
tum de facta desertione, vel quod contentio non frivola de for-
mula jurandi subnata est, neque illo casu oblationem reiterare
cogitur, neque hoc jurandi terminum neglexisse censetur, ceu
pron. S. C. P. L. Term. Luc. 1706. Dn. RIVIN. ad b. t. en. 141. Dn.
SWEND. ad Fib. Proc. n. 612. p. 1312. idemque Terminum ad jurandum
prorogato, ad instantiam partis vi compromissi, vel ex officio Ju-
dicis, observandum est. a.l. 34. ff. d. jurej. CARPZ. dec. 193. n. 18. seq.
Dn. Riv. ad b.t. en. 110. BERL. P. 1. Concl. 39. n. 24. seq.**

XXVII. Sed quia §. 17. monitum est, eo, qui juramentum,
calumniae persolvere debet, non comparent in Terminum jura-
mentum Principale haberi pro praestito. *j. l. 37. ff. d. jurej. P. 1. C.
El. 12. §. f. contendendi occasio inde emanavit: Num Jura-
mentum Suppletorium pariter, adversario per contumaciam in Ter-
mino emanente, sed praesente & prompto ad jurandum eo, qui
jurare jussus est, pro praestito declarandum sit? Pro affirmativa
sententia judicatum in S. C. P. L. non semel; at negativa eadem
accessit Term. Luc. A. 1693. verb. Daß Kl. Suchen nicht statt hat!
atque hanc, ut potiore, contraria quoque praetulit. F. J. L.
Mens.*

Mens. Dec. 705. Equidem, ex fori observantia, quando à de-
 ferente præstandum fuit juramentum principale & calumniæ, <sup>Sed juramentum Sup-
 plet. non est propter
 absent. advers. pro
 præfuito agnoscendum.</sup>
 non comparente eo, qui jusjurandum retulit, illud esse pro præ-
 fuito agnitum recorder in *F. J. L. M. Sept. A. 700. it. Mens. Sept.*
707. a. O. P. S. t. 18. §. 9. P. 1. C. Et 12. l. 24. ff. d. cond. & dem.
 Conf. CARFZ. *Proc. t. II. art. 7. n. 20. seq. Dn. SWEND. ad Fib. Proc.*
n. 622. p. 1326. Dn. RIV. ad O. P. S. h. t. en. 51. at quoniam diver-
 sum, etiam apud Saxones, ubi aliud non recepit usus, rectè de-
 fendi potest, sicuti *Programm. 7. Volum. Disp. adjuncto p. 895. seq.*
 deductum, fatalia non sunt, absque manifesta legis auctoritate,
 multiplicanda. *a. N. 2. c. 3. textusque LR. l. 2. art. II. P. 1. C. Et 12.*
 §. f. casum, quo citatus ad præstationem juramenti calumniæ
 devinctus est, respicit, atque interpretatione id agendum est, ne
 à Jure Communi, in primis ab æquitate commendato, nimis re-
 cedatur. *a. c. 8. X. d. consuet. quod jusjurandum etiam adversa-*
 rio absente præstari jubet. *l. 12. §. 4. C. d. R. C. id quod in termi-*
 no ad videndum jurare testes definito apud nos quoque atten-
 ditur. *a. l. 19. C. d. testib. præterea ad videndum jurari citato*
 nulla præstatio singularis incumbit, eique per Mandatarium
 comparere licet. *a. d. l. 12. §. 4. C. d. R. C. ANT. FABER. in C. l. 4.*
e. r. d. 31. n. 1. cujus præsentia subjactura juris nullibi exacta,
 Juramentumque hoc à Judice, jure causam donandi destitu-
 to, in casu dubio, est injunctum *a. l. 31. ff. d. jurej. adeoque*
 præsumtio remittendi jurisjurandi in ipso, & in citato ad vi-
 dendum jurari, cessat. *a. l. 25. ff. d. probat. non obstante adversa-*
 rii absentia præsentem actorem reumve ad præstationem ju-
 ramenti suppletorii cogendum esse arbitror. conf. BORCHOLT.
d. Jurej. c. 4. n. 17. MEV. P. 4. Dec. 262. n. 3. hoc asserto Judicii
 observantiæ, ubi certa est & generali *LR. l. 1. art. II. explicatio-*
 ni inhæret, nihil detracturus. conf. Dn. BERG. *ad h. t. Obs. II.*
 nisi tã fori observantia
 receperit.

XXVIII. Jure quidem Communi & Imperii Jusjuran-
 dum Calumniæ per Procuratorem rectè præstat. *L. 13. S. 13. ff.*
<sup>Jure Comm & Imp. per
 Proc. præstari potest
 Jur. Calumn.</sup>
 G d. damn.

Procur. Civili Jure ipse
delatum prestare per-
missum.

at Principali delatum
ab ipso persolvendum
regular.

Jur. Sax. El. quodvis
juramentum in pro-
pria persona est præ-
standum.

ampl. etiam I. ab Illu-
stribus.

II. ab Universitatibus
per 3. vel 4. membra,

de sua scientia, vel not.
citra Instrum. Synd. ju-
rantia.

Persona Universitas
determinat.

d. damn. inf. c. 2. d. testib. in 6. c. f. d. juram. Calum. in 6. R. I. d. A.
1654. §. über dieses. 43. & si Procurator Principale juramentum
ipso delatum persolvat, Jure Civili mandantis id cedit emolu-
mento. l. 9. §. 6. l. f. §. 2. ff. d. jurej. licet invitus Procurator ju-
rare non cogatur. l. 34. §. 3. ff. eod. at, quod Principali delatum
est, jusjurandum regulariter ab ipso Principali, cujus electa fi-
des, præstandum venit. l. 21. §. 5. ff. d. noxal. act. l. 12. §. 4. C. d. R.
C. ANT. FABER. in C. l. 4. t. 1. d. 31. n. 1. HILLIG. ad Don. l. 24. c. 22.
lit. b. SCHULTES ad Coler. d. 115. n. 29. atque ita non dubitavit
pronunciare Fac. Jur. Lipsi. Mens. Oct. 705. versus Jeveram.
Diss. BARTOL. ad l. 13. §. si alieno. 13. ff. d. damn. inf. n. 15. usus ta-
men, nonnullis in locis, hodie Procuratores speciali mandato
instructos admittit. MEV. P. 7. Dec. 382. 383. Verum Jure Sa-
xon. El. quodvis Juramentum, sive Calumnia, sive delatum sive
Suppletorium sive aliud, qualecunque nomen habeat, ab ipsis Prin-
cipalibus est præstandum, nec admittendus Procurator, quamvis
speciali mandato sit instructus. O. P. S. b. t. §. es soll. X. j. ER. l. 1.
art. 46. Wb. a. 17. id quod optima intentione introductum:
multò enim facilius audaciusque absentes & per alium, quam
præsentes, pejerant, jurantiumque integritas aut perfidia ex
vultu, trepidatione, hæsitacione similibusque indicibus non ra-
rò apud Judicem detegitur. Itaque (1) illustres etiam perso-
næ præsentes jurant. BERL. P. 1. Concl. 34. n. 12. MOLLER. Se-
mestr. l. 4. c. 20. j. RAUCHE. Part. 1. q. 8. n. 19. seq. Universita-
tes quoque (2) per tres vel quatuor personas ex universitate,
optimam veritatis notitiam habentes, jusjurandum dicunt. P. 1.
C. El. 13. j. l. 97. ff. d. cond. Et demonstr. l. 14. ff. ad munic. Et Diss. b.
§. 16. citra speciale mandatam, siquidem de sua jurant scientia
vel notitia, tanquam membra universitatis, non tanquam Syn-
dici Dn. SWEND. ad Fib. Proc. n. 645. p. 1379. Personas autem,
quæ jurare debeant, universitas eligit. CARPZ. ad d. C. d. 3. sal-
vis adversarii monitis, cum causas affert, cur alios ob fidem, no-
ti-

titiam rerum aliasque circumstantias jurare malit, adeo ut
 Syndicum litis inter reliquos nominare haud prohibeatur.
 Dn. RIVIN. *adh.t. en. 131. j. CARPZ. P. 1. C. El. 31. d. 2.* Quamvis ve-
 ro à numero 3. vel 4. recedendum regulariter non sit, juxta
 P. 1. C. El. 13. Dn. BERG. *adh. t. Obs. 12.* exiguus tamen mem-
 brorum universitatis perspectus Judici numerus, aut noticia
 causa paucis ex Collegio &c. communis, nonnunquam urget
 ut pauciores, v. g. 2. oder 3. ihres mittels/so die beste Wissenschaft
 davon Haben / definiantur, ceu contingit in S. C. P. L. Term.
 Cruc. in C. A. B. S. :/: D. R. 3. §. it. Term. Luc. A. 1693. in
 C. D. R. 3. §. :/: B. H. Interim singulis ex universitate,
 quos ex facto proprio simul conveniri libellus ostendit, de-
 ferri Jusjurandum haud prohibetur. P. 1. C. El. 13. licet, univer-
 sitate conventa, juramentum certis ex eadem personis tan-
 tum, non nisi incongruè, deferatur. d. C. Dn. SWEND. *ad Fib.*
Proc. p. 1378. quoties actio mota est *wider die Pferdner/Häuf-*
ler/Bärner / causa est singulorum, adeoque singuli jurare tenentur,
 a. l. 6. §. 1. ff. d. *Rev. divis. l. 7. §. 1. ff. quod cui univers.*
nom. teste experientia. Dn. RIVIN. *adh. t. en. 133.* Pupilli minoresque
 (3) litem foventes, sive à Tutoribus vel Curatoribus, si-
 ve à parentibus coeptam, ut pronunc. *Fac. Jur. Lips. Mens.*
 April. 706. delatum sibi jusjurandum ante 18. ætatis annum.
 completum præstare non coguntur, usque ad majorennitatis
 terminum autem frustra dilationem postulant, quamvis usur-
 pata sit formula: *bisß sie ihre Mündigkeit erreichet. conf. R. I. d.*
4. 1577. t. 32. §. 2. 3. hic terminus enim plenam pubertatem ex-
 primit, completo 18. anno in masculis & fœminis adstric-
 tum, id quod judicium animi corroboratum unà cum
 favore expediendarum litium exposcit. a. l. 20. ff. d. *testib.*
j. l. 9. C. eod. a. l. 40. §. 1. ff. d. adopt. l. 57. ff. d. re jud.
Mand. El. wegen Suchung der Lehn. d. A. 1657. S. was dann.
verb. bisß sie das 18. u. Jahr erfüllet. j. II. f. 91. Jur. Alem. Feud. c. 51.

*ex necessitate 2. vel 3. de-
 finiuntur.*

*In causis singulorum
 singuli jurant.*

*(III) à Pupillis & mi-
 noribus, qui juram de-
 lat. ante 18. ann. com-
 pletum præstare non
 coguntur.*



quamvis (1) sint femine.

(2) confortes diversi sint impuberes vel minores, falsa offerendi necessitate.

(3) sit juram. calumnie, jurej. per patrem delato. prestandum.

Imò nec Tut. vel Cur. jurejur. Principali delato. jurare permittitur.

nisi concurrant majores litis confortes.

Jurare Tut. vel Curat. jubentur

(1) jur. ipsis delatum relatumve.

(2) jur. calumn.

§.1. *Constit. Sicul. l.2.t.39.* ceu deductum in *Program.8. Vol. Diff. annexo. p.899. seq.* Conf. Dn. BERG. *ad O. P. S. b. t. Obf. 4. n. 4.* SCHILT. *ad Jus Alem. Feud. c.31. §.1.p.m.281. seq.* Conf. Dn. RIV. *ad h.t. en.137.* Diff. BERL. *P.1. Concl.34.n.32.* ita in masculino pron. in *S. C.P.L. Term. Trin. A.95.* & in femina. *a.O.C. a.164.* Term. Trin. A.98. nec non in *F. J. L. Mens. Dec. A. 706.* Atque hic terminus 18. annorum in singulis impuberibus expectandus venit, ita tamen, ut nihilominus tutor, à tempore rei judicatae, otidium oblationi definitum observare teneatur. *a. l.1. §. f. l. 99. l.80. ff. d. cond. & demonstr. sicuti pron. F. J. L. Mens. Maj. A. 700.* in *C. A. C. K. : l. H. § v. L. E.* nec aliud de juramento calumniae, quia pupillorum defunctus Pater jusjurandum detulerat, judicavit *d. Fac. Jur. Mens. April. 706.* ubi juraturus, gratiam istius juramenti impuberibus faciendo, mora tædia redimere poterit. *a. l.34. §. 4. ff. d. jurej. j. l. 29. C. d. pact.* Dn. RIV. *ad b. t. en. 139.* Imò nec Tutores vel Curatores, si maximè velint, ad præstationem jurisjurandi, impuberibus vel minoribus delati, sunt admittendi, horum enim fidem secutus est adversarius. *a. l. 12. C. d. reb. cred. nec in animam illorum jurare licet, secundum O. P. S. t. 18. §. f. CARPZ. Proc. t. 11. art. 2. n. 38. seq.* atque sic judicatum in *Supr. Cur. Prov. Lips. Term. Trinit. A. 704.* & Term. Luc. 707. Interim Tutores Curatoresve juraturi audiuntur, quando concurrunt litis confortes majores, tum enim credulitas eorum opinione aut scientia colligantium probabilior certiorque redditur, nec differri controversiæ decisionem fas est. *a. l. 4. ff. d. in lit. jur. CARPZ. P.1. C. 24. d. 12.* Dn. RIV. *h. t. en. 138.* Caterum jurare Tutores vel Curatores compelluntur, quoties ipsorum præcipuè factum vel notitia spectatur: utputa, quando juramentum est ipsis delatum relatumve. *a. l. 21. §. 5. ff. d. noxal. act. l. 5. C. de Reb. Cred. j. l. 12. C. eod. ANT. FAB. in C. l. 7. t. 1. d. 20. CARPZ. Dec. 37. n. 16. VOET. Comment. ad r. h. t. §. 13.* aut jusjurandum calumniae ab iis exigitur, ad hoc enim ipsa delatione se obstrinxerunt. *d. l. 5. j. l. 37. ff. d. jurej. l. 2.*

l. 2. §. 2. C. d. jurej. propt. calumn. l. 7. §. 1. ff. qui satisd. cog. CARPZ. dec. 37. n. 9. seq. j. BERL. dec. 164. n. 5. idem imposito juramento malitiæ, ob temerariæ Leutationis suspicionem. a. d. l. 5. visum Fac. Jur. Lips. Mens. Jun. A. 703. nec non postulato juramento: daß er das Document sub A. nicht habe noch gefährlicher Weise von obhanden kommen lassen/ uti pron. in d. Fac. Mens. Sept. 704. nam ipse de facto administrationem concernente jubetur jurare. a. l. 21. §. 5. ff. d. noxal. act. BERL. d. l. n. 8. pariter, injuncta producti instrumenti Diffessione, Tutor Curatorve se jurandi necessitati nequit subducere, cum illud ignorantiam aut credulitatem ipsius respiciat. a. l. 5. C. d. reb. Cred. l. 2. §. 2. C. d. jurej. propt. cal. dand. CARPZ. dec. 230. n. 7. seq. BERL. dec. 164. n. 14. Præterea ex ista in propria persona jurandi necessitate juxta b. t. §. f. fluit (4) quoque obligatio cedentis ad jurandum in causa cessionarii, siquidem cedens veritatem nosse creditur, & invito debitore, juramentum veritatis, cum ejus præjudicio, in jusjurandum credulitatis converti nequit. a. l. 12. pr. §. 4. C. d. reb. cred. l. 11. §. 2. ff. d. act. rer. amot. BERL. dec. 165. n. 8. 9. Dn. BERG. ad b. T. Obs. 4. not. 5. p. 537. proinde Cessionarium haud esse obligatum ad oblationem jurisjurandi nomine faciendam, potius cedenti sententiam publicandam, censuit, quo ritè se offerret. F. 7. L. Mens. Mart. 707. Conf. MEV. P. 7. dec. 260. Denique à Regula, quæ Jur. Sax. El. jusjurandum dici per Procuratorem non patitur, excipiendum est Juramentum Fidelitatis & Homagium, illud enim per procuratorem, speciali mandato instructum, præstari permittitur, quando principalis justas habet absentia causas. Mandat. El. Weissen Zuchung der Lehn. d. A. 1657. §. und anfänglich. A. C. S. p. 25. j. c. un. S. verum. de stat. regul. in 6. RAUCHB. Part. 1. q. 8. n. 23. MOLLER. Semestr. l. 4. c. 20. n. 4. CARPZ. dec. 173. n. 5. seq. unde regulariter quoque Magistratum municipale Procuratorem civis, ad homagium persolvendum, admittere non teneri, resp. Fac. Jur. Lips. Mens. Jul. 704.

Malitia.

document. apud se non existentium.

3) Diffessionis.
IV. à Cedente præstand. Jusjur. non Cessionario.

In Sax. El. per Procurat. præstari potest Juram. Fidelitatis & Homag. ob justas absentia causas.

*Juro Civil. jurandum
in loco judicii.*

*exc. persone egregia &
valetudinarii.*

*Jur. Sax. El. juratur
in Judicio.*

*Illustrib. remissa neces-
sitas jurandi in Publico,
non Nobilibus &c.*

*aliis personis dignitate
conspicuis quandoque
idem permittitur.*

*quod benef. illustr. ad
utrumque sexum per-
tinet.*

XXIX. jure Civili præstanda sunt juramenta in loco judicii, in quo causa pendet, coram actis judicialibus. *l. 12. pr. §. 4. C. d. reb. cred.* præsentè Judice vel ejus vices gerente. *d. §. N. 124. c. 1. conf. R. I. Spir. d. A. 1600. §. und ob wohl. 145.* egregiis autem personis & valetudinariis in domo habitationis jurare licet. *l. 15. ff. d. jurej.* atque ad eas officialis, adversario ad actum jurandi citato, mittitur. *a. N. 124. c. 1. BART. ad d. l. 15.* idque non urbanitatis sed necessitatis est. *d. l. 15. verb. oportet. BEUST. ad l. ad personas. 15. ff. d. jurej. n. 33. RULAND. d. Commiss. Part. 2. lib. 2. c. 5. n. 17. 18.* quam autem personæ sub egregiarum nomine veniant, vid. apud UMM. *ad Proc. Disp. 14. n. 59.* At *Jus Sax. El. omnia Juramenta ab his, qui sunt à Consiliis Appellationum injuncta, coram Regimine & Consiliariis Aulicis, in Audientia, aliàs juxta consuetudinem singulis locis receptam, ab Illustribus tamen, sub quibus etiam Comites & Barones intelliguntur, in Curii Provincialibus, non in Publico verum in Auditoriis, denen Audientz-Stuben præstari jubet. O. P. S. T. XVIII. §. es foll. X.* Quamvis verò solennitas jurijurando accedens, locique publici usus, levitati hominum coercenda perjurioque cavendo sit inventa, & in Suprema Prov. Curia à personis utriusque sexus, etiam Nobilibus, in solenni Confessu Assessorum Advocatorum & Amanuensium, portis Judicii apertis, juretur, at tamen verecundi timidique homines à juramento hac via quandoque arcentur. *a. l. 8. ff. d. cond. instit. & Illustres jurant in Curia Provinciali nostra in der kleinen Ober Hoff-Verichts-Stuben/ idemque jus Assessoribus istius Judicii indulsit Rescriptum Electorale, aliisque illud, pro dignitate personarum, nonnunquam conceditur. CARZ. Proc. t. II. art. 3. n. 95. seq.* Atque hoc beneficium Illustribus datum ad personas utriusque sexus pertinere. *O. P. S. d. §. observantia & Juris ratio evincit. a. l. 1. pr. §. 1. l. 8. ff. d. senat. l. 13. C. d. dignitat.* quæ in foeminis ab honestate vitæ conspicuis verecundiam spectari voluit, propterea que ipsis etiam, parte absente, domi permisit jurare.

rare. *N. 124. c. 1. UMM. ad Proc. D. 14. n. 57. inf.* Nihilominus à Regula *O. P. S. b. T. §. f.* receditur quandoque, veluti si Extranei in locis tam remotis degant, ut ipsis coram Magistratu aut valetudinariis. *a. l. 15. ff. b. morbove laborantibus, vi Commissionis* aut requisitionis, transmissa juramenti formula, jurare permit- tendum sit, ne jus suum derelinquere cogantur, de quo arbitrat- ur judex, in eo concedendo tanto difficilior futurus, quanto majus inde metuit adversarius præjudicium, id quod ansam disceptandi præbuisse recordor, cum ambigeretur, an esset jura- turus sectæ Mennonistarum addictus, ne formula: *mit wahren Worten / anstatt Eydes / asseverationem* faceret, & inutile fa- ctum præstationis susciperet. *a. l. 5. §. 3. 4. ff. d. jurej. j. l. 6. ff. qui satisd. cog. Dn. RIV. ad h. t. en. 134. j. HUBER. ad π. t. d. jurej. pos. 2. WISSEN. ad π. P. 1. Disp. 24. th. 21. VOET. Comment. ad π. t. d. jurej. §. 2. inf.* Itaque tum extraneus in Judicio, & qui ob adversam valetudinem illud adire nequit, in privatis adibus, ablegatis Assessoribus cum Actuario jurat. *CARPZ. Proc. T. 11. art. 3. n. 99. seq.* itineris verò similesque sumtus adversario, in propria per- sona vel per Procuratorem illic comparenti, solvere tenetur, quod apud nos, cum petens iis ansam dat, observari consuevit. *a. l. 17. C. d. erog. mil. ann. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. n. 648. p. 1389.* aliàs Judex arbitratur, num expensæ sint ab utraque parte an ab una dependendæ. *l. 12. §. 4. C. d. R. C. j. c. 2. d. judic. in 6. SETSER. d. Juram. l. 3. c. 7. n. 14. conf. BEUST. ad l. ad personas. 15. ff. d. jurej. n. 45. seq. BART. ad d. l. n. 2. seq.*

XXX. Tandem *Officium Judicis in eo consistit, ut partes, quæ jurare debent, de causarum qualitatibus & circumstantiis evi- dendoque perjurio diligenter admoneat.* *O. P. S. T. XVIII. §. es soll. X.* quam curam serio animi affectu qui exequitur, & adversario præjudiciū grave metuenti rectè consulit & in animæ damnum irreparabile non rarò ruenti frenum injicit, & DEO, periturum servando, eā, qua fieri potest, sollicitudine, gratum officium præ-

Extra locum judicii ju- rare licet nonnunquam extraneis.

Valetudinarii.

sumtibus id petentium, non excluso judicis ar- bitrio.

Juramenti præstat. ac- cedit Judicis admoni- tio de ebitando perju- rio.

Clerici adhibentur in Criminalibus.

rard in Civilibus.

Evitatur jurandi necessitas per Juramenti remissionem.

quam facit Proc. Et special. mandati.


eaque præjudicat remittentibus non aliis.

præstat. Solet autem in Causis Criminalibus id agi, ut clericorum opera accedat, atque hoc in sententia exprimi: v. g. in Juramento purgatorio, nach vorhergehender scharffen Verwarnung vor der schweren Straffe des Weineydes / worzu auch ein oder mehr Geistliche zu gebrauchen / urgente verò perjurii metu Clericorum quoque admonitionem in causa Civili exactam esse recordero judicio *Fac. Jur. Lips. Mens. O& A. 700.* & ita quidem, ut in specie juraturus à reservationibus mentalibus, ob factam in Actis declarationem, sibi cavere juberetur. *Mens. Jan. A. 701. item Mens. Jul. A. 706. Conf. Dn. Riv. ad t. en. 145.* Aliquando evitatur jurandi necessitas per jurisjurandi Remissionem à Principali verbis scriptisve. *l. 41. ff. d. jurej. vel à Procuratore, mandato speciali instructo, susceptam, que eundem cum præstito Juramento effectum producit. l. 6. l. 9. §. 1. ff. d. jurej. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. n. 651. p. 1397. at à quibusdam saltem Creditoribus, in Concurfu, facta, reliquis non præjudicat. a. c. 29. d. R. J. in 6. Dn. Riv.*

ad b. t. en. 148.









ULB Halle

3

005 303 664







10070

Vol. 11. 1708, 9

TRACTATIONIS SYNOPTICÆ
PROCESSUS
JURIS COMMUNIS

ET INPRIMIS
SAXONICI ELECTORALIS

DISPUTATIO NONA,

QVAM
INDULTU

MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA LIPSIENSI
SUB PRÆSIDIO

DN. D. LÜDERI MENCKENII,
PROF. INSTITUT. PUBL. SUPREMÆ CURIÆ PRO-
VINC. ET FACULT. JURID. LIPS. ASSESSORIS,

NEC NON CANONICI NUMBURGENSIS,

PATRONI ATQVE PRÆCEPTORIS SUI SUBMISSO HONO-
RIS CULTU ETATEM DEVENERANDI,

IN AUDITORIO JCTORUM
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SUBMITTET

JOHANNES LUDOVICUS NICOLAI,

Dresd.

AD D. III. APRIL. A. M DCC VIII.

LIPSIÆ.
Typis IMMANUELIS TITII.

R. A. Hoffmann

